DE CERTAMINIBUS THYMELICIS

DISSERTATIO PHILOLOGA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

UNIVERSITATIS BASILIENSIS

PHILOSOPHORUM ORDINE RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOANNES FREI

BASILIENSIS

BASILEAE

EX OFFICINA E. BIRKHAEUSER

MDCCCC

VENDITUR APUD G. FOCK, LIPSIAE.

DE CERTAMINIBUS THYMELICIS

DISSERTATIO PHILOLOGA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

UNIVERSITATIS BASILIENSIS

PHILOSOPHORUM ORDINE RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOANNES FREI

BASILIENSIS

BASILEAE

EX OFFICINA E. BIRKHAEUSER

MDCCCC

VENDITUR APUD G. FOCK, LIPSIAE.

ERICO BETHE

PIETATIS CAUSA

ARGUMENTA CAPITUM

I

De origine certaminum thymelicorum.

Ad ultima nostri saeculi decennia paene omnes homines docti mirum in modum ludos thymelicos neglegentes[1]) tria tantum certaminum Graecorum distinxerunt genera: musica, gymnica, equestria; sic etiam E. Reisch in dissertatione quam de musicis Graecorum certaminibus conscripsit Vindob. 1885 et apud Pauly-Wissowa s. v. agones. Sed de ludis thymelicis data opera diserte et accuratius primus egit Ericus Bethe in „Prolegomenis ad theatri antiqui historiam" 1896, p. 266 sq. Cuius consilio commotus agones thymelicos tractare conatus sum, quamquam, quae vir doctissimus U. de Wilamowitz in Göttinger Nachrichten, 1896, p. 229 monet: „Was damals eigentlich von den Kitharöden ...... an den θυμελικοὶ ἀγῶνες alles aufgeführt ward, davon haben wir keine Vorstellung; es ist nützlich, sich darüber keine Illusionen zu machen" vera esse intellexi atque inscriptionum agonisticarum adhuc editarum ad certamina thymelica pertinentium, quarto alterique imprimis a. Ch. n. saeculis nec minus imperatorum aevo attribuendarum numerus tam restrictus est, ut quaestiones nonnullas diiudicare non audeam antea, quam novi tituli Thespienses quidem alterius vel Oropienses tertii alteriusque a. Ch. n. saeculi in lucem provenerint.

Antiqua sunt tria certaminum Graecorum nomina: musica, gymnica, equestria; hellenistica autem aetate, sicut manifesta inscriptionum et litterarum testimonia docent, duo praeterea nova nobis occurrunt nomina: θυμελικός et σκηνικός ἀγών vid. B C H XIX 314, 333, I G S I 1735, 4142, C I A II 628, C I G 3601.

---

1) Breviter eos attigit Usener, Rh. M. NF. 29, 1874 p. 31 sq.

σκηνικοὶ ἀγῶνες tragica, comica, satyrica, θυμελικοί alia erant certamina, e. g. αὐλητῶν, αὐλῳδῶν, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν, ἐπῶν ποιητῶν, ῥαψῳδῶν, aliorum. Nomen θυμελικοῦ ἀγῶνος tam diversos agones comprehendens a quadam re his omnibus communi ductum esse patet. Cum tres illi ludi musici, gymnici, equestres ab agonum genere appellati sint, scaenica et thymelica certamina, certaminis musici partes, a loco, quo agebantur, nomen cepisse ex voce σκηνικός colligi potest: ut σκηνικοὺς ἀγῶνας a σκηνῇ, ita a θυμέλῃ θυμελικούς denominatos esse consentaneum est. ἐπὶ θυμέλης igitur omnes illi thymelicorum certaminum artifices illa aetate prodierunt, atque quem locum tum temporis θυμέλην intellexerint gravis nos docet auctoritas Vitruvii, qui de Graecorum theatro[2]) V 7, 3 scribit haec: „.... pulpitum, quod λογεῖον appellant, quod eo tragici et comici actores in scaena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestram praestant actiones itaque ex eo scaenici et thymelici Graece separatim nominantur." cf. Phrynich. p. 163 Lob. θυμέλην.... οἱ ὕστεροι ἐπὶ τοῦ τόπου τοῦ ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐφ' ᾧ αὐληταὶ καὶ κιθαρῳδοὶ καὶ ἄλλοι τινὲς ἀγωνίζονται μουσικήν. σὺ μέντοι, ἔνθα μὲν κωμῳδοὶ καὶ τραγῳδοὶ ἀγωνίζονται, λογεῖον ἐρεῖς, ἔνθα δὲ οἱ αὐληταὶ καὶ οἱ χοροί, ὀρχήστραν, μὴ λέγε δὲ θυμέλην. cf. etiam Cass. Dion. 61, 17. expressis igitur verbis hellenistica aetate musicorum agonum partes diversis theatri locis[3]) editas atque alteram quidem, thymelicam, in orchestra peractam esse nomenque a θυμέλῃ i. e. orchestra[4]) cepisse docemur.

---

[2]) Si Vitruvius l. cit. theatrorum Asiaticorum formam respexisset (Dörpfeld, Ath. Mitteilg. 22, 439; 23, 326 sq.), si igitur in his solis scaenici et reliqui artifices locis separatis actiones suas peregissent ideoque in his solis separatim nominari potuissent, theatrorum Asiaticorum genus, cum agones thymelici, ut infra demonstrabimus, altera IV. a. Ch. n. saeculi parte instituti essent, iam tum, i. e. eisdem temporibus, quibus theatra extra fines Atticas aedificari coepta sunt, exstitisse atque in ipsa Graecia (ex. gr. Corinthi, Athen. VIII 350 b, Xenoph. Hell. IV 4, 3) receptum esse conicere cogeremur. ceterum cf. E. Bethe, Herm. 23, 313 sq.

[3]) cf. Christ, N. Jahrb. f. klass. Philol. 1894, 149, 20 sq., Robert, Herm. 32, 440 sq.

[4]) Non a θυμέλῃ i. e. βωμός, βῆμα (K. Weissmann, Jahrb. f. klass. Philol. 1895, 152, 673 sq., A. Müller, Philol. 1899, 93 sq.); hoc enim quamquam rhapsodi aliique artifices iam antiquitus steterunt (cf. ag. Hom. et Hes. ed. Rzach 305, tibicinem qui choris concinuit Gerhard, Vasenb. T. 6, 68, ci-

Minime vero *θυμέλη* hellenistica demum aetate orchestram significavit, sed hanc eandem vim[5]) quinti iam saeculi initio ei subiectam legimus apud Pratinam [Athen. XIV 617 c.] *Πρατίνας . . . αὐλητῶν καὶ χορευτῶν μισθοφόρων κατεχόντων τὰς ὀρχήστρας ἀγανακτεῖν τινας ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς. ὃν οὖν εἶχεν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων θυμὸν ὁ Πρατίνας ἐμφανίζει διὰ τοῦδε τοῦ ὑπορχήματος·*

τίς ὁ θόρυβος ὅδε; τί τάδε τὰ χορεύματα; τίς ὕβρις ἔμολεν ἐπὶ Διονυσιάδα πολυπάταγα θυμέλαν; κτλ.

θυμέλην igitur iam poëtae illius temporibus orchestram significasse videntes quinto etiam quartoque a. Ch. n. saeculis ea quae in orchestra edita sunt certamina appellata esse thymelica exspectaremus; at prorsus aliter res se habet. Numquam enim tum temporis certamina lyrica Dionyso celebrata neque litterarum neque inscriptionum monumentis thymelica dicta, nusquam omnino verba *θυμελικοῦ* vel *σκηνικοῦ ἀγῶνος* illa aetate neque scripta nec incisa invenimus, sed usque ad finem quarti a. Ch. n. saeculi omnes qui neque equestres neque gymnici erant agones, *μουσικοί* nominati sunt cf. Thucyd. III 104, Aristoph. Plut. 1163, Plato Jo 530 A, Menex. 249 B, leg. II 658 A, 828 C, 947 E, Isocr. Euag. 1, C I A II 814 frg. b, *Ἐφ. ἀρχ.* 1883 p. 123, 45 [a. 329/28 a. Ch. n.].

---

tharoedos Inghirami, vasi fitt. III 240, Mus. etr. Greg. II 60, tibicines: Panofka, Bild. ant. Lebens T. 4, Benndorf, Vasenb. T. 43[4a]), tamen inde ab Alexandri demum temporibus thymelici appellati sunt, non igitur ex *θυμέλῃ* i. e. ex *βήματι,* ne ex *θυμέλῃ* quidem in orchestra posita, (cf. Müller l. c. p. 100), sed ex ipsa orchestra „reliquis" artificibus, quorum in numero Vitruvium choreutas quoque habuisse iure sumimus, novum illud nomen impositum est; pulpitum vero *(βῆμα)* choreutis in orchestra (Höpken, üb. d. griech. u. röm. Theat. p. 6) non erat cf. Bethe, Prol. p. 272.

[5]) Ita vox *θυμέλης* ad theatri partem pertinens cum per quinque a. Ch. n. saecula semper eandem vim orchestrae conservasset, ab imperatorum aetate, theatris Romani generis magis magisque increbrescentibus ideoque thymelicis etiam artificibus in scaenam procedentibus nomen *θυμέλης* ad novum quoque certaminum thymelicorum locum, i. e. ad scaenam translatum est, cf. Sommerbrod, scaenica p. 22 sq. Christ, N. Jahrb. f. Philol. 149 (1894) p. 31. Dörpfeld-Reisch, D. griech. Theater p. 280.

μουσικοὶ ἀγῶνες autem temporibus illis non solum thymelicos[6]), ut brevius quam rectius dicam, sed etiam scaenicos agones comprehendebant; nam scaenica certamina choris enata quinto quartoque etiam saec. a magistratibus in chororum numero habita esse ex eo intellegi potest, quod in publicos indices et tragicorum et comicorum agonum victores neque poetae neque choregi, sed ipsi chori relati sunt (Bethe, Prolegom. z. gr. Th. p. 18, ind. schol. Rostoch. 1894). Ceterum Platonis quoque testimonio[7]) *μουσικοὶ ἀγῶνες* et musica et scaenica certamina complexi sunt Aristophanemque in Plut. v. 1163[8]) etiam scaenicos agones intellexisse apparet. Quae verbi *μουσικός* significatio neque hellenistica neque imperatorum aetate immutata est[9]), quamquam propria iam nomina *θυμελικός* et *σκηνικός* formata et in usum recepta erant.

Usque ad finem igitur quarti saeculi certaminibus et scaenicis et „thymelicis" solum nomen *μουσικῶν* fuisse constat;

---

6) Ad ludos thymelicos spectat *μουσικῆς ἀγών* C I A IV 2 p. 202 num. 834 B col. II l. 47 (titulus Eleusinius a. 329/8 a. Ch. n.) *καὶ τοῦ πατρίου ἀγῶνος καὶ τῆς μουσικῆς κτλ.* quem *πάτριον ἀγῶνα* Dionysia fuisse titulus *Ἐφ. ἀρχ.* 1883, 2, 82 sq. *(Διονυσίων τῷ πατρίῳ ἀγῶνι Ἐλευσῖνι ἐν τῷ θεάτρῳ κτλ.)* eaque non choricis solum, sed etiam scaenicis spectaculis celebrata esse titulus *Ἐφ. ἀρχ.* 1884, 3, 71 docet.

7) Leg. II 658 AB *τί ἄν, εἴ ποτέ τις οὕτως ἁπλῶς ἀγῶνα θείη ὁντινοῦν, μηδὲν ἀφορίσας μήτε γυμνικὸν μήτε μουσικὸν μηθ' ἱππικόν.*

8) *Ἑρμ. ἐναγώνιος τοίνυν ἔσομαι. καὶ τί ἔτ' ἐρεῖς;*
Πλούτῳ γάρ ἐστι τοῦτο συμφορώτατον,
ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικούς.

9) cf. Soteria Delphis acta, C I A II 323, Newton, inscript. in the British Mus. III 413 (Priene s. III. a. Ch. n.), Dittenberger Syll. p. 215 (Pergamon), B C H X 302 (Alabanda, s. II. a. Ch. n.), I G ins. mar. Aeg. III 322, 10 (Cnidos), Diod. 16, 55, Cass. Dio 51, 1, C I G 2741, 2759, Polluc. onom. III 142, Arrian Anab. VII 14 cf. Athen. XII 54, C I G 4081 *(μουσικὴ σύνοδος*, Pessinus, p. Ch. n.). Verba Plut. Fab. Max. 4: *θέας μουσικὰς καὶ θυμελικὰς ἄγειν* ludos thymelicos scaenicosque edere recte interpretatus est Müller Philol. 1899 p. 99.

Nomina *θυμελικοί* et *σκηνικοὶ ἄνδρες* primum apud Vitr. l. c. legimus. Imperatorum aetate etiam histriones [C I G 3601, Plut. Fab. Max. 4, Sull. 36] synodos [C I A III 1, 22, C I G 4315 n. add., 6785; I G S I 2495/6, 2500; quibus de societatibus artificum musicorum *(σύνοδοι τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν)*, quae his ipsis a temporibus maxime increverunt, vid. Poland, de col. artif. Dionysiacorum et Ziebarth, Preisschrift d. Jablonowskischen Gesellschaft 21.] scaenicosque ludos thymelicos nominatos esse ex eis, quae de verbo *θυμέλης* ad scaenam trans-

at tituli tertio demum saeculo incisi novum *θυμελικοῦ ἀγῶνος* nomen praebent [10]):

B C H XIX 314, tit. Thespiensis Museorum, III. a. Ch. n. saec. exaratus: *ὁ θυμελικὸς ἀγὼν στεφανίτης πρῶτον ἐγένετο. . . . . ἔδοξε τοῖς τεχνίταις τοῖς ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας· ἐπειδὴ παραγενόμενος πρεσβευτὴς Ἱεροκλῆς παρὰ τῆς πόλεως Θεσπιέων καὶ τοῦ κοινοῦ τῶν Βοιωτῶν, ψηφίσματά τε ἀπέδωκεν καὶ ἐπιστολήν, ἐν ᾗ παρεκάλει τοὺς τεχνίτας τῆς πόλεως τῆς Θεσπιέων προκεχειρισμένης τὸν ἀγῶνα τὸν ἐν Ἑλικῶνι γινόμενον ταῖς Μούσαις στεφανίτην εἶναι τὸν θυμελικὸν τόν τε τῶν αὐλητῶν καὶ αὐλῳδῶν καὶ κιθαριστῶν καὶ κιθαρῳδῶν καὶ ἐπῶν ποιητῇ κτλ.*

B C H XIX 333, Museorum, eiusdem fere aetatis, *ἀγωνοθετοῦντος τοῦ Ἀρί[σ]τωνος . . . οἱ νικήσαντες τὸν θυμ[ε]λ[ικόν].* Sequuntur victores: *ἐπῶν ποιητής, αὐλητής, αὐλῳδός, κιθαριστής, κιθαρῳδός.* cf. B C H XIX 334.

I G S I 1735, Museorum, eiusdem fere temporis: . . . . . . *ὅτι ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ἀποδέχεται τὸν ἀγῶνα τὸν θυμελικόν, ὃν τίθησι ἡ πόλις ἡ Θεσπιέων ταῖς Μούσαις στεφανίτην ἰσοπύθιον . . . . . . τοῖς τε ἐπῶν ποιηταῖς καὶ αὐλῳδοῖς καὶ τοῖς αὐληταῖς τοῖς τὰ Πύθια αὐλοῦσι κτλ.*

I G S I 4138, Ptoorum, eiusdem temporis: . . . . *παρεκάλουν τε Ὀρχομενίους ἀποδέχεσθαι τήν τε θυσίαν καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πτωΐων, ὃν τιθέασιν Ἀκραιφιεῖς πεντέτειρον τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πτωΐῳ στεφανίτην θυμελικόν κτλ.* cf. I G S I 4139, 4142.

Sed minime tertio demum a. Ch. n. saec. thymelici primum exstiterunt. Ex titulo enim B C H XIX 314 Musea iam antea, c. a. 300, *θυμελικὸν ἀγῶνα* appellata esse apparet atque Stratonici Atheniensis illud facete dictum [11]), si modo accurate quod haud dubitaverim traditum est, iam altera quarti saec. parte hoc thymelicorum nomen in usu fuisse docet. Num Oropiorum Amphiaraea hac iam aetate thymelica fuerint,

lato dicta sunt (adn. 5) facile intelligitur. In incerto relinquenda Ulpian Dig. III tit. 2 lex 4, Plut. Cato 46.

[10]) *σκηνικὸς ἀγών* primum in facete dicto Stratonici Atheniensis invenitur (Athen. VIII 350 b) a Cypriorum rege Nicocle veneno interfecti (Athen. VIII 352 d), in titulis autem non ante saec. I. a. Ch. n. adhuc legitur (C I A II 628).

[11]) Charicles *π. τ. ἀστικοῦ ἀγῶνος* I ap. Ath. VIII 350 c: *γυμνικοὺς δὲ ἀγῶνας διατιθέτωσαν Ἠλεῖοι, Κορίνθιοι δὲ θυμελικούς, Ἀθηναῖοι δὲ σκηνικούς κτλ.*

dubium est. Initium enim tituli I G S I 414 inter annos 366 et 338 a. Ch. n. exarati desideratur; victores laudantur musici ῥαψῳδός, κιθαριστής, αὐλῳδός, κιθαρῳδός, σοφιστής. Qui quidem artificum ordo ab eo abhorret, quem in titulis ludorum thymelicorum institutum [cf. Musea B C H XIX 333] et Amphiaraeis ipsis postea nescio quo saeculo receptum videmus, (I G S I 418 sq. saec. I. a. Ch. n.). Neque tamen hoc ordinis discrimen aliquid certi nos docet, cum adhuc neque quo tempore hic thymelicorum ordo, neque utrum eodem quo thymelici agones an postea (saec. III. a. Ch. n.) constitutus sit sciamus; notandum autem, quod musici quoque Panathenaeorum agonis[12]) participes IV. a. Ch. n. saec. plane alio atque agonum thymelicorum ordine certaverunt [C I A II 965]. Quod vero hoc in Oropiensi titulo in universum eidem artifices qui in recentioribus catalogis ludorum certo thymelicorum commemorati sunt, quod iam altera IV. a. Ch. n. saec. parte certamina thymelica acta esse scimus, nihil obstat, quin priorem partem tituli I G S I 414 catalogum thymelicum eumque antiquissimum monumentum habeamus. At Polemonem (F H G III p. 129, Ath. XV 699 a), qui hoc narrat: παρῳδῶν πρῶτος

12) Qui agon quin non in theatro, sed in odeo certaminibus musicis agendis aedificato peractus sit inde a Periclis temporibus nemo iam dubitabit. Sed iam ante Periclem praeter rhapsodos etiam citharoedos, fidicines, tibicines, auloedos Athenis in certamen descendisse videntur cf. Reisch l. c. p. 16. Quae res Plutarchum in Periclis vita c. 13 hunc primum μουσικῆς ἀγῶνα instituisse dicentem errasse demonstrat. Qui arartifices quo loco ante Periclem certaverint, minime constat, nam Hesychii verba s. v. ᾠδεῖον: τόπος, ἐν ᾧ πρὶν τὸ θέατρον κατασκευηθῆναι οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ ἠγωνίζοντο, quae multi homines docti (Wachsmuth, Stadt Athen im Altert. 503. Löschke, Program. Dorpat 1883. 10, Milchhöfer, Athen in Baumeister Denkm. 186, Mommsen, Heortol. 138 Breuer, d. Panath. 20, Müller, griech. Bühnenalt. 101, Reisch l. c 11) hoc modo interpretanda volunt, ut odeum iam ante Periclem exstructum fuisse doceant, minimo sunt argumento, quod saeculo IV. demum theatrum κατεσκευήθη. Haec igitur tantum docemur, Athenis ad IV. saec. rhapsodos et citharoedos in odeo solo certasse. qua cum glossae interpretatione optime quadrant quae Aristocles apud Ath. 620 b de rhapsodis memoriae tradidit, primum eos Demetrio Phalereo auctore in theatrum prodiisse dicens. atque quin Panathenaeorum musicus post a. 300 quoque in odeo commissus sit quamquam scriptorum a. Ch. n. florentium testimonia desunt dubitandum non est, cf. Plut. Per. 13 odeique restitutionem, Mommsen, Heort. p. 136 adn., Müller l. c. p. 104.

εἰσήλθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς θυμελικοὺς Ἡγήμων[13]) κτλ. vix recte, sed ex more potius suae aetatis dixisse crediderim; nam si re vera iam quinto a. Ch. n. saeculo agones huius nominis celebrati essent, iure miraremur, cur apud nullum neque quinti neque quarti saeculi rerum scriptorem vel poetam laudarentur, cur apud eos solum nomen μουσικῶν ἀγώνων reperiretur.

Ergo θυμελικὸς ἀγών altera quarti a. Ch. n. saeculi parte primo institutus novum est nomen et inauditum.

Aliae iamiam oriuntur quaestiones, quaenam huius novi nominis formandi causa et qua de causa hoc ipso tempore exstiterit. Ac primum quidem notandum est, minime novo quodam certaminum genere instituto novum hoc nomen creatum esse; certamina enim plane eiusdem generis atque illa quae inde ab altera IV. a. Ch. n. saeculi parte thymelica vocata sunt, iam antea committebantur, e. g. musica illa Pythiis[14]) acta certamina κιθαρῳδῶν, αὐλητῶν, αὐλῳδῶν, κιθαριστῶν, deinde Deliis[15]) ῥαψῳδῶν, χορῶν, κιθαριστῶν, praeterea Heraeis Lysandreis Samiorum (Plut. Lys. 18), denique Panathenaeorum musico agone, quo κιθαρῳδούς, αὐλῳδούς, κιθαριστάς, αὐλητάς de praemiis certasse ex titulo C I A II 965 a scimus, cuius et initium et finem deperditum esse quam maxime dolemus. Tria primo loco enotata praemia omnes viri docti rhapsodis, quos Panathenaeis carmina recitasse et Plato et Lycurgus testantur[16]), proposita esse consentiunt. Praeterea parodi quoque ad hunc agonem admissi erant (Reisch, d. mus. Graec. certam. p. 22 adn. 3), primum ut videtur Hegemonis Thasii temporibus[17]).

---

13) Cratini, poetae comici aequalis. Pol. l. c. ap. Ath. XIV 698 c.

14) Paus. X 7, 4. bl. 48. 3 ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτυόνες κιθαρῳδίας μὲν καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα καὶ αὐλῶν κτλ. ibid. pyth. 8. προσενομοθέτησαν κιθαριστάς κτλ.

15) Thucyd. III 104: καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικὸς χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις. Ἀγὼν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου Rzach Hesiod p. 249, 306 διέπλευσεν εἰς Δῆλον εἰς τὴν πανήγυριν καὶ σταθεὶς ἐπὶ τὸν κεράτινον βωμὸν λέγει ὕμνον εἰς Ἀπόλλωνα et hymn. Hom. I 150 sq., 170 sq., B C H VIII 170 (IV. a. Ch. n.) Δέρκων Ἀθηναῖος (νικήσας) τοὺς κιθαριστάς . . .

16) Plato Jo 530 A, Hipparch 228 C. cf. Ael. var. hist. XIII 14, Lycurg, orat. in Leocrat. 102.

17) Parodorum certamen Athenis eodem fortasse tempore institutum est quo Pericles musicum Panathenaeorum agonem amplificavit, Plut. Per. 13.

Immo novi vocabuli fingendi causam in ipso verbo *θυμελικός* quaeremus. Cum certamina thymelica Vitruvio auctore a loco, quo agebantur, denominata sint, nostro iure loco certaminum musicorum mutato novum nomen in usum venisse suspicamur. Atque re vera inter thymelicorum priorumque huiusmodi certaminum locos aliquantum interest: quae inde ab altera quarti a. Ch. n. saec. parte thymelica vocata sunt certamina ideoque eodem omnia peragebantur loco, antea plane diversis commissa sunt locis. Nam alii artifices orchestram, alii aram vel arae templive gradum ingressi erant. Orchestrae choris, praeterea, primo quidem. cum tragoedia et comoedia e choro natae essent histrionibus tragicis comicisque patebant. Reliqui autem artifices musici ante quartum saeculum numquam in orchestra [18]), sed in ara vel templi gradu stantes de praemiis certaverunt, ex. gr. rhapsodi Deli declamabant in ara illa celeberrima, quae *βωμὸς κεράτινος* vocatur[19]), praecones tubicinesque Olympiae in ara stabant (Paus. V 22, 1), Gorgias *ἀπὸ τῆς τοῦ νεὼ βαλβίδος* orationem suam habuit Olympicam. neque aliter Delphis *λόγον τὸν Πυθικὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ* (Philostr. vit. soph. Gorg.) cf. adn. 4. Minime vero aras in orchestris positas hi artifices ingressi sunt; orchestrae enim collibus, quorum in acclivitate spectatores considebant, erant subiectae ita, ut artifices ex inferiore auditoribus loco recitassent et cantassent. Quod disertis verbis refutatur a Platone Jonis auctore; testatur enim rhapsodos *ἑκάστοτε ἄνωθεν* (*ἀπὸ τοῦ βήματος*) ad auditores despexisse Jon. p. 535 D.

Quae res circa alteram quarti a. Ch. n. saec. partem mutatae sunt. Aristocles quidem (ap. Athen. XIV 620 b) Demetrium Phalereum primum rhapsodos *εἰς τὰ θέατρα παραγαγεῖν* memoriae tradit; primus rhapsodum in theatro recitantem laudat Clearchus (l. c. 620 c); primus citharoedorum in theatro cantasse dicitur Stratonicus Atheniensis. (Charicl. ap. Athen. VIII 350 b). tum igitur temporis in theatra[20]) traducta sunt certamina artificum, qui antea numquam in theatro certaverant.

[18]) Excipias sane artifices choris concinentes.

[19]) Ag. Hom. et Hes. 305 ed. Rzach.

[20]) De verbi *θεάτρον* significatione vid. Bethe, Proleg. p. 272, Dörpfeld-Reisch l. c. p. 282.

Cur hac aetate in theatra tralata sint apertum est; nam quarto demum saeculo quod quidem sciamus θέατρα extra Atticam exstructa sunt; hac aetate theatra Epidauri, Eretriae, Megalopoli, Magnesiae[21]) aedificata sunt et ipsum Atheniensium theatrum perfectum quidem est Lycurgi demum temporibus. Orchestra multis commodisque sellis circumdata theatrum commodissimus et conveniendi spectandique factus est locus maxime idoneus. Itaque mirum non est, quod Graeci theatra ad omnes conventus frequentes inire, quod in eis etiam habere consueverunt conventus, qui quidem pars non fuerunt cultus dei[22]), cui ut orchestra, ita theatrum quoque sacrum erat. Sic contiones in eis habitae sunt e. g. Athenis, Megalopoli[23]). Itaque omnia quae in theatris peragi potuerunt certamina scil. omnia praeter gymnica et equestria, in ea translata esse par erat.

Quod vero Athenis quinto saec. rhapsodi aliique artifices musici in theatro non certaverunt duplicem eius rei video causam, unam. quod odeum pulcherrimum (Dicaearch. F H G II p. 254 frg. 59) certaminibus horum artificum agendis Pericles aedificaverat, alteram, quod theatrum Atheniense Baccho sacrum erat, ad eius templum in ima arce Atheniensi situm, ideoque ludis non nisi Dionysiacis celebrandis patebat. Quarto autem saec. theatro et amplificato et confecto hanc rem mutatam reperimus, cum in eo, ut supra monui, et contiones haberentur et Demetrio Phalereo auctore rhapsodi recitarent.

Ubi primum reliquorum, ut brevibus Vitruvii verbis utar, artificum certamina in theatrum traducta sint ignoramus; vix tamen Athenis, cum hic odeum exstructum esset, ἐν ᾧ καὶ τότε (Periclis temp.) καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐθεῶντο τοὺς μουσικοὺς ἀγῶνας, Plut. Per. 13. Eas potius urbes hac in re agonistica novasse suspicandum est, quibus quarto saeculo theatrum quidem,

---

21) Dörpfeld-Reisch l. c. p. 131, 113, 140, 154.

22) Dionyso minime omnia sacra fuere theatra; nam aliorum quoque deorum dies festi choris celebrabantur; ex. gr. Deli in insula Deliis antiquitus, et Pythiis saltaverunt chori, ergo etiam theatra illa Apollini, Epidauriorum profecto Aesculapio sacra erant.

23) cf. Wachsmuth, Stadt Athen im Altert. p. 647 sq., Müller, Griech. Bühnenaltert. p. 73 sq., Dörpfeld-Reisch l. c. p. 136.

sed non simul odeum fuit; fortasse Corinthi cf. Ath. VIII 350 a, Xenoph. Hell. IV 4, 3.

Ex eo tempore vero quo omnia certamina musica in theatris commissa sunt, nomen μουσικός plane suffecisse omni iure credas. Sed haec ipsa certaminum in theatro editorum multitudo distinctionem expetivit, quae non e genere, sed rectius simpliciusque ex loco petenda se obtulit. Quo enim tempore musici agones in theatro omnes committi coepti sunt, orchestra non iam solus erat locus certaminum agendorum, sed scaena ludis scaenicis celebrandis separata erat [cf. Bethe Prol. p. 274]. Artifices iam antequam omnes ludi musici in theatro ederentur, duobus eius locis actiones suas praestabant i. e. in orchestra (chori) et in scaena (histriones); in alterutro certamina in theatrum traducta peragenda erant atque orchestra praeferenda videbatur. Quo facto omnes agones musici in theatro commissi in duas divisi sunt partes prope pares i. e. in ludos scaenicos in scaena reliquosque in orchestra peragendos. Novis igitur certaminibus musicis in theatra translatis hanc locorum distinctionem [24]) non dissolutam rescissamque, sed acutiorem videmus.

Mirum videtur primo obtutu, quod rhapsodi poetae aliique artifices pro se singuli certantes in orchestram processerint; num vero tibicinum fidicinumque choris concinentium exemplum secuti sint, in medio relinquendum; spectatorum sane causa res ita constituta est, cum orchestra spectantibus opportunior esset quam scaena; pars enim modo spectaculorum scaenam, omnia autem orchestram bene prospexerunt, cf. Dörpfeld-Reisch l. c. p. 173 sq.

At non solum alio loco, sed etiam alio tempore titulis testibus thymelica certamina atque scaenica a. Ch. n. agebantur; quibus ludis utraque μουσικῶν ἀγώνων pars celebrabatur, prius pro se singuli certantes artifices chorique in orchestram, dein actores scaenici in scaenam procedebant atque sine dubio utrique parti dies certi praestituti erant, ut spectatores ad priorem musicorum partem audiendam omnia, ad scaenicam vero certa tantum spectacula idonea esse praescirent.

Ludis ita musicis duas in partes separatis nomen μουσικός

---

[24]) Quae distinctio imperatorum aetate haud raro confusa est, cum omnia tum temporis certamina in scaena commissa essent.

non iam omnino suffecisse intellegitur; tamen, ut par erat, in usu permansit, quo sive omne genus musicum sive eius species accuratius non describenda significaretur. Sin autem de alterutra parte expresse agendum erat, proprium ei nomen ponere necesse erat. Quae partes cum a genere, ut apparet, nomen capere non potuissent, a loco, qui eos stricte separavit scil. a scaena orchestraque i. e. *θυμέλη* denominatae sunt *σκηνικοί* et *θυμελικοὶ ἀγῶνες*.

Ita ab altera fere quarti a. Ch. n. saeculi parte omnes agones musici in theatro celebrati sunt, thymelici quidem alio loco atque scaenici, nam separatis locis peracti etiam separatim nominati sunt [cf. Vitr. l. c.]. Itaque etiam ab hac parte luce clarius apparet, tragoedias comoediasque certe inde a IV. a. Ch. n. saeculo non esse in orchestra actas, quod mirabili pertinacia iterum iterumque praedicatur.

II

Quas per regiones et aetates certamina thymelica celebrata sint.

Agones thymelicos eadem ratione qua theatra propagatos esse patet. Quarto a. Ch. n. saeculo extra fines Atticas pauca modo oppida quod quidem sciamus theatra aedificaverunt, ex. gr. Epidaurus, Eretria, Megalopolis, Magnesia. Rhodus (Athen. VIII 350 b), Corinthus (Xenoph. Hell. IV 4, 3), quibus in urbibus prima certamina thymelica instituta esse cap. I. pag. 13 sq. coniecimus. Inde a III. saec. theatrorum numerus magis magisque augebatur; minime enim Graeci eo tantum, quod ludi scaenici se diffundebant, theatra extruxerunt, sed quod ea maximos commodissimosque conveniendi spectandique locos esse perspexerunt. Ita ex. gr. Acraephienses (Ptois), Thespienses (Museis ad saec. alt. a. Ch. n.) aliaeque ut suspicari licet civitates primum thymelica modo certamina in theatro celebraverunt [I G S I 4147, 4137, B C H XIX 333]. Atque theatra, si eis in oppidis exstructa erant, quae solos agones thymelicos celebrabant, necessario eis quoque fuisse ponemus, ubi etiam scaenica certamina edita sunt, cf. ex. gr. I G S I 3197. Neque longum a vero aberrare videmur, si tertio eisque quae sequuntur saeculis plurimis Graecorum oppidis et theatra et certamina thymelica fuisse sumimus, utique nostra notitia multo fuerunt crebriora. Sed omnia oppida, in quibus agones musicos ideoque fortasse etiam thymelicos actos esse legimus, enumerare supervacaneum est, cum Reisch[1]) ea diligenter iam collegit in dissertatione sua de musicis Graecorum certaminibus; haec modo laudare satis habeo, quorum

[1]) Adicienda non habeo nisi Calymnen (coll. of ancien Graec inscr. II 231. II. a. Ch. n. *με[λικοὶ κ]αὶ χορικοὶ ἀγῶνες)* Alabanda, B C H X 302, II. a. Ch. n. *μουσικοὶ καὶ γυμνικοί.* Actia, Dio Cass. 51, 1, 2.

ludi aut nominantur aut ea de causa quod in theatris edebantur ducendi sunt aut aliis certis rationibus fuisse videntur thymelici.

Alterius quidem IV. a. Ch. n. saeculi partis rerum scriptorum inscriptionumque testimonia ad nos pervenerunt perpauca. Inter civitates quas primas agones thymelicos instituisse accipiendum commemorandae sunt Corinthus: *διατιθέτωσαν Κορίνθιοι θυμελικοὺς (ἀγῶνας)*. Rhodus: *ἐπιδειξάμενος* in theatro Stratonicus, Athen. l. c. De Amphiaraeis Oropi IV. saeculo celebratis vid. cap. I p. 9; incerta Epidauriorum Asclepiea[2] (*μουσικὸς ἀγών* ap. Plat. Jon. init., de theatro cf. Dörpfeld-Reisch l. c. p. 131).

III. a. Ch. n. saeculo accedunt Thespiae: Musea *θυμελικὸς ἀγών* (I G S I 1735, B C H XIX 314, 333, 334); Nemea: Pylades citharoedus in theatro (Plut. Philop. 11); Delphi: Soteria a. 279 a. Ch. n. certamina *ῥαψῳδῶν, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν, αὐλητῶν*, chororum, sequuntur actores scaenici[3] (Wescher-Foucart, inscr. de Delphes 3—6, Dittenberger Syll.[1] 404, B C H XX, 628); Delos[4]), iidem fere artifices atque Soteriis.

II. a. Ch. n. saeculo Acraephia: Ptoia[5]), *θυμελικὸς ἀγών* (cf. titulos I G S 4147 saec. I. a. Ch. n. et I G S 4151 p. Ch. n. infra sub numeris VII et VIII); Thebae[6]): Heraclea? Agrionia? (cf. titulum Agrioniorum saec. I. a. Ch. n. I G S 2448 infra s. num. X); Lacedaemon: Eleusinia, *ἀγὼν θυμελικὸς ἀγόμενος Δήμητρι παρὰ Λάκωσι* Hesych. s. v. *Ἐλευσίνια*[7]); Cos: Asclepiea *θυμελικὸς ἀγών* Paton and Hicks, The inscriptions of Cos 8 cf. 13, 45; Jasos: certamina *αὐλητῶν, αὐλῳδῶν, κιθαριστῶν*, actorum scaenicorum Lebas, inscr. de Grèce et de l'Asie mineure III 253 sq., 281; Samos: Heraea, certamina *ψαλτιστῶν, κηρύκων, αὐλητῶν, αὐλῳδῶν?, κιθαρῳδῶν*, actorum scaenicorum Journ. of hell. stud. VII 149; Ilium:

2) Instituta esse circ. a. 395 putat Br. Keil, Athen. Mitteilg. 20, p. 78 sq.

3) De significatione verborum *τραγῳδοῦ* et *κωμῳδοῦ* in titulis commemoratorum vid. cap. III pag. 21 sq. De tempore ordineque horum quatuor titulorum cf. Reisch l. c. p. 89.

4) B C H VII 105 sq., IX 147 (s. II. a. Ch. n.) cf. ad hos titulos Bethe, Gött. gelehrt. Anz. 1897, 727 sq. Hos artifices etiam certasse neque probari neque negari potest.

5) I G S I 4135. 4138, 4139, 4140.

6) C I G 3067 (Heraclea).

7) cf. Sam. Wide, Lacon. Culte p. 174.

θυμελικὸς καὶ γυμνικὸς καὶ ἱππικὸς ἀγών C I G 3601; Teos: theatrum, artificum societas C I G 3067.

Quo tempore in Sicilia Italiaque inducti sint ignoratur. Apud Romanos eos ante I. a. Ch. n. saeculum editos esse certa testimonia desunt; quos enim ludos L. Anicius Illyrico (Polyb. ap. Ath. XIV 615 b), M. Fulvius Aetolico, L. Scipio Syriaco (Liv. 39, 22) bellis peractis commiserunt thymelicos fuisse minime constat. Primum quod sciamus Graecum theatrum commissionibus thymelicis agendis Romae anno a. Ch. n. 55 secundum Mytilenaei exemplum a Cn. Pompeio dedicatum est (Plut. Pomp. 42, 52); primos Romae quidem editos thymelicorumque sub nomine traditos ludos anno a. Ch. n. 17 hoc in ipso theatro Pompeio commissos esse comperimus[8]).

I. a. Ch. n. saeculo in Graecia editi sunt thymelici Eleusine: [*θυμελ*]*ικοὶ*[9]) *καὶ σκηνικοὶ ἀγῶνες*; Oropi: Amphiaraea, certamina *σαλπιστῶν, κηρύκων*, oratorum, poetarum, *ῥαψῳδῶν, αὐλητῶν, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν*, actorum scaenicorum: (I G S 416, 418, 419, 420); Orchomeni: Charitesia, certamina tubicinum, praeconum, rhapsodorum, poetarum, *αὐλητῶν αὐλῳδῶν, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν*, actorum scaenicorum; Homoloa: certamina chororum, actorum scaenicorum (I G S 3195, 3196, 3197); Tanagrae: Sarapiea, certamina tubicinum, praeconum, rhapsodorum, poetarum, *αὐλητῶν, αὐλῳδῶν, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν*, actorum scaenicorum (I G S 540 sq.); Acraephiae: Soteria, certamina tubicinum, praeconum, oratorum, poetarum, rhapsodorum, *κιθαριστῶν* (*κιθαρῳδῶν*), actorum scaenicorum (I G S 2727); Thebis: Agrionia, certamina tubicinum, praeconum, rhapsodorum, poetarum, *αὐλητῶν*, (*αὐλῳδῶν*)?, ... (I G S 2448); Tamynis: Tamynea, certamina oratorum? tubicinum, praeconum, *αὐλητῶν κιθαριστῶν* . . . . . (*Ἐφ. ἀρχ.* 1869 p. 347 n. 412); Pergami?: *Νικηφορίων θυμελικῷ* . . . . . (Lebas, nouv. année de l'Instit. de Corresp. arch. II 475 sq., tit. Aegin.); locis incertis: titulus Pergamenus, *τιθέναι θυμ*[*ε*]*λικοὺς κ*[*α*]*ὶ* [*γυμνικοὺς ἀγῶ*]*νας κτλ.* (Fränkel, Altert. v. Pergamon

[8]) Mommsen, Eph. epigraph. VIII 225 sq., acta lud. saec. 156: . . . . Graecos thymelicos in theatro Pompei h. III . . . . . cf. 160.

[9]) C I A II 628; [*θυμελ*]*ικός* supplere praefero, cum *μουσικὸς καὶ σκηνικὸς ἀγών* nusquam, *θυμελικὸς καὶ σκηνικὸς ἀγών* C I G 2820 (titulus Aphrodisiensis imperatorum aevi) traditur.

VIII[2] 268 AB); titulus Mytilenaeus J G Ins. mar. Aeg. II 58 a 7: *ἀγῶνες θυμελικοί.*

Imperatorum denique aetate in omnibus fere Latinis aliisque oppidis Romanorum imperio subactis ludi thymelici rite agebantur: Romae Neronia, certamina oratorum, poetarum, citharoedorum (Sueton. v. Neron. 12); Capetolia, musicus agon, certamina oratorum, poetarum, citharoedorum, chorocitharistarum, psilocitharistarum (Sueton. v. Domit. 4); in Albano Quinquatria, certamina oratorum, poetarum, scaenicorum actorum (l. c.); Neapoli: Augustalia, Nero citharoedus in theatro (Sueton. v. Neron. 20), certamen etiam poetarum (Statius silv. V 3, 225); in Gallia Lugduni ludi miscelli, certamina oratorum Graecorum et Latinorum (Sueton. v. C. Calig. 20); Nemausi: [*ψήφισμα τῆς ἱερᾶς θυ*]*μελικῆς ἐν Νεμαύσῳ* ..... [*συνόδου*] I G S I 2496; Acraephiae: Ptoia, *θυμελικὸς ἀγών*, certamina *σαλπιστῶν, κηρύκων, ῥαψῳδῶν, πυθαύλων, χοραύλων, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν* (I G S I 2712); Thespiis: Musea, certamina poetarum prosodiorum, tubicinum, praeconum, rhapsodorum, oratorum, poetarum, *αὐλητῶν, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν, χοραύλων,* actorum scaenicorum (I G S I 1773, 1776, B C H XIX 342, 344); Termessi (Oenoandae): *θυμελικὸς καὶ γυμνικὸς ἀγών* (B C H X 219); Thyatirae: *μεγάλα Σεβαστὰ Τυρίμνῃα θυμελικὸς καὶ γυμνικὸς ἀγών* (B C H XI 105); Amorgi: *θυμελικὸς ἀγών* (B C H XV 586, cf. 579, 588); Aphrodisiae: *θυμελικὸς καὶ σκηνικὸς ἀγών* (Praemiorum catalogos vid. C I G 2758 9); Stratoniceae: Heraea, *θυμελικοὶ ἄνδρες* (B C H XV 198); Ancyrae: *θυμελικὴ σύνοδος* Arch. epigr. Mitteil. IX 130. Omnia certamina thymelica quae per imperatorum aetatem acta esse suspicari possumus enumerare longum est; memineris quaeso, hac aetate omnes artifices, non solum scaenicos, sed etiam thymelicos in scaena tum temporis etiam *θυμέλη* vocata egisse ideoque ludos thymelicos omnibus in oppidis scil. eis commissos esse, quibus theatra fuissent. Tamen paucos solum huius aetatis ludos accuratius cognoscimus: Musea, Ptoa, Neronia, Capetolia, Quinquatria in Albano, Augustalia, ludos Aphrodisienses.

—

III

De ludorum thymelicorum circumscriptione.

Quarum artium certamina ludi thymelici praeter choros antiquitus actos comprehenderint quaerentibus nobis antiquissimi Museorum *ἀγῶνος θυμελικοῦ* tituli I G S 1735, B C H XIX 314, 333 hosce praebent participes victoresque: *ἐπῶν ποιητάς, αὐλητάς, αὐλῳδούς, κιθαριστάς, κιθαρῳδούς.* Titulus I G S 1762 paulo recentior[1]) itemque Museorum tria minime alia certamina profert: *ῥαψῳδῶν,* quos sane quarto iam a. Ch. n. saeculo in theatris recitasse legimus apud Athen. XIV 620 b, de epiniciis, tertium ignotum[2]). Alii nobis insuper occurrunt artifices in recentioribus inscriptionibus agonisticis I. a. Ch. n. saeculi, quarum quidem altera pars saepissime scaenicos quoque victores nuncupat, vid. ex. gr. infra titulosIII, IV, V. Quos inter artifices qui sint thymelici habendi quaerentes respiciamus ordinem, quem tenent in lapidibus; victorum enim ordo lapidibus exhibitus idem profecto erat quo certatum est. In victorum catalogis tertii a. Ch. n. saeculi artificum thymelicorum ordo hic fere reperitur: *ῥαψῳδοί, ἐπῶν ποιηταί, αὐληταί, αὐλῳδοί, κιθαρισταί, κιθαρῳδοί, (ἐπινίκιον),* atque notandum est, eum a. Ch. n. ubique fere semperque conservatum esse[3]). Ergo, cum a. Ch. n. ludorum musicorum pars thymelica antecedere soleret parti scaenicae, nostro iure agones, quos in titulis I. a. Ch. n. saeculi ante thymelicos illos s. l. scriptos invenimus, item thymelicos habemus scil. *ἐγκωμίου ἐπικοῦ, ἐγκωμίου λογικοῦ, κηρύκων, σαλπιστῶν, προσοδίων ποιητῶν.*

1) Qui titulus, cum quinque artifices in utroque catalogo commemorentur, eidem sane decennio attribuendus est cui B C H XIX 333, quem Jamot, B C H XIX 349 aut saeculo III. a. Ch. n. inter annos 301 et 234 aut II. inter a. 198 et 167 incisum esse docet.

2) Traditum est modo nomen Sophili Sote[lis f. . . . . .], qui qualem artem professus sit, non patet. ceterum vid. p. 26 sq.

3) Solum titulum Samium Journ. of hell. stud. VIII 148 saec. II. a. Ch. n. excipias; rhapsodos apud Thespienses post poetas epicos certasse nullius momenti discrimen. Post Ch. n. omnibus certaminibus eodem loco, in scaena, peractis hunc ordinem servatum non esse intellegitur.

Atque testantur tituli I G S 4135, 4147 tubicines praeconesque Ptois inter thymelicos certasse, cf. Anth. Pal. VI 46. Si poetae in orchestra carmina recitabant, non erat cur non etiam poetae encomia epica recitantes, si poetae, cur non oratores in orchestra certarent.

Alia deinde exsistit quaestio. Citharoedum enim multis in titulis agonisticis I. a. Ch. n. saeculi excipiunt *σατύρων ποιητής*[4]), *τραγῳδός, κωμῳδός* [sequuntur poeta tragoediarum, (histrio), poeta comoediarum, (histrio)]; quaerendum thymelicine fuerunt an scaenici.

Quod ad *σατύρων ποιητήν* attinet, C. de Jan (Zürcher Philologenvers. 1887, p. 85 sq.) quod diei fabulis scaenicis agendis destinati initium facere satyri non potuissent, quod histrio non ascriptus esset, quod fabulam a poeta recitatam esse (Keil, Syllog. 60) cogitari non posset, chorica eum poemata composuisse arbitratus est. Temere. Primum enim titulus I G S I 3197 post *σατύρων ποιητὴν* laudat *ὑποκριτήν*, cf. Lüders, Dionys. Künstler 88 a, b. Fabulae igitur satyricae etiam tum temporis ab histrionibus actae sunt. Si vero non in omnibus catalogis histrio commemoratur, memineris, non in omnibus ludis scaenicis histrionibus certamen fuisse, cf. Bethe Prol. 19, infra titulum VI I G S 2727; deinde quod fabulae satyricae ante tragoedias comoediasque actae sunt, non est mirum; nam eundem certaminum scaenicorum ordinem[5]) — satyri, fabulae antiquae, fabulae novae — iam quarto a. Ch. n. saeculo Athenis usitatum videmus C I A II 973 (Dittenberg. Syll. 407). satyrorum igitur agon non thymelicus, sed scaenicus fuit.

τραγῳδούς, κωμῳδούς[6]) Boeckh (Staatshaush. d. Ath. II[1] adn. 362, 400 et ad C I G 1584, 2759), Mommsen (Heortol. p. 140), Friedländer (Röm. Sittengesch. II 275), cantica e

4) B C H XIX 336 post praeconem *ποιη]τὴς σατύρων* legitur; quae satyrorum poetae positio unica est alienaque et a Museis et ab aliis ludis ita, ut errore pro *ἐπῶν* incisum suspicari liceat.

5) Imperatorum aetate *σατυρογράφος* [I G S 1773] i. e. *σατύρων ποιητής* fine titulorum inscriptus est. Fabula igitur satyrica, sicut primo fiebat, post alia rursus dramata acta est.

Quid *σάτυρος* C I G 2758 velit inter *πυρρίχῃ* et *διὰ πάντων* positus, certo adhuc dicere nequeo.

6) cf. etiam Lange, vindic. trag. Rom. p. 24, Hermann, de trag. comoed. lyrica 230.

fabulis electa cecinisse putabant, de Jan (l. c. p. 86 sq.) Aphrodisienses quidem Orchomeniosque ludos respiciens *τραγῳδόν* cantica choreutis tragicis (Bockschören), *κωμῳδόν* commissatoribus composuisse suspicatus est. Sed scaenicos[7]) fuisse demonstrari potest. Tragoedos enim comoedosque post *σατύρων ποιητήν* laudatos omnes qui falsa Jani sententia de poeta satyrorum non tenentur, actores scaenicos suo iure habent cf. fabularum ordinem C I A II 973. In titulo I G S I 1773 (Musea, II. p. Ch. n. saec.) *ὑποκριτὴν παλαιᾶς κωμῳδίας* excipit *τραγῳδὸς παλαιᾶς τραγῳδίας*, Euarchus in titulo I G S I 3195 *κωμαϝυδός*, in titulis I G S I 1760 et 417 *ὑποκριτής* post *ποιητὴν κωμῳδιῶν*, Callistratus in titulo I G S I 3197 *κωμῳδός*, in titulo I G S I 419 *ὑποκριτής* post *ποιητὴν κωμῳδιῶν* nominantur; ergo *κωμῳδός*, *τραγῳδός* idem atque *ὑποκριτὴς κωμῳδίας* et *τραγῳδίας*. Histriones quoque fuerunt *τραγῳδοί*, *κωμῳδοί*[8]) in Soteriorum Delphicorum titulis a Wescher-Foucart editis[9]) commemorati. Eorundem enim ludorum eiusdemque aetatis victorum index nuper inventus est (B C H XX 628) qui, quod ad singula certamina attinet, cum participum indicibus — imprimis cum titulo Wesch.-Fouc. 4 — optime congruens *τραγῳδόν* modo et *κωμῳδόν* praebet. Qui victores quin protagonistae, actores igitur intellegendi sint haud dubium videtur. Soteriorum igitur catalogi *τραγῳδόν* et *κωμῳδόν* histriones haberi posse, quamvis in ipso titulo de fabula acta agendave aperte non agatur[10]), histrionumque omnium fabularum actarum unum solum scil. protagonisten[11]) victorem catalogis inscriptum breviterque *τραγῳδόν*, *κωμῳδόν* appelatum esse docent. Notandum autem est, histriones post *ποιητὰς καινῆς κωμῳδίας* (*τραγῳδίας*) i. e. histriones fabularum novarum numquam *τραγῳδούς*, *κωμῳδούς*, sed semper *ὑποκριτάς*

[7]) Histriones eos intellexerunt iam Lüders l. c. 126, Reisch l. c. 105, Foucart d. coll. scaen. artif. 71 sq.

[8]) *τραγῳδοί* tres i. e. protagonistes, deuteragonist. tritagon. nominantur W.-F. 3, 4 ter, W.-F. 5, 6 bis, *κωμῳδοί* tres W.-F. 3 quater, W.-F. 4 bis, W.-F. 5 et 6 ter.

[9]) Inscript. d. Delphes 3—6. Participum sunt catalogi.

[10]) Ita Deliis, cf. Telestes B C H VII 105 et W.-F. 6, Philonides B C H VII 113 et W.-F. 3; Charitesiis, Homolois, Sarapieis.

[11]) Protagonisten et ipsum spectaculi sui agendi administratorem fuisse synagonistasque mercede conduxisse Reisch l. c. 105 (cf. Dörpfeld-Reisch Theater p. 260) bene coniecit.

vocari. Vocabula igitur *τραγῳδός* et *κωμῳδός* imprimis histriones fabularum antiquarum indicabant, cf. Lüders l. c. 129 et antiquae fabulae neque hellenistica neque imperatorum aetate minus gratae erant vel rarius auditae sunt quam novae [12]).

Difficultates nobis solus titulus Aphrodisiensis in fine mutilatus C I G 2759 (vid. intra sub numero XII) praebet, qui Janum ad sententiam suam supra laudatam deduxit, quam titulis Orchomeniis I G S I 3195. 3197 (vid s. num. V) confirmatam falso arbitratus erat. cf. cap. V 5 de *ἐπινικίῳ*. Pretia proponuntur terna comoedis et tragoedis scil. histrionibus comoediae tragoediaeque antiquae, *καινῇ κωμῳδῶν, καινῇ τραγῳδῶν* i. e. victori histrionum fabularum novarum, *καινῇ κωμῳδίᾳ, καινῇ τραγῳδίᾳ* (duo pretia) i. e. poetis fabularum novarum; denique *ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ* duo pretia; quibusnam haec data sunt? poetis fortasse, qui antiquas comoedias correxerunt cf. Quint X 1, 66, aut gregis domino?

Quidnam septem *χορευταὶ κωμικοί* [13]) in titulis Soteriorum Delphicorum, W.-F. 3—6, extremi commemorati omnino egerint, non liquet; in victorum catalogo B C H XX 628 edito non laudantur, ergo non certaverunt, sed minor fuit caterva. Si chori comici partes obtinuerint, iure choreutae tragici desiderarentur. Potius eos saltatores habeas, qui inter fabulas singulas fabularumque actus spectatores delectaverint. cf. Lüders l. c. 118, Mommsen, Delphica 219, Dittenberger Syll. 404^2, Bethe. Prol. 248, U. de Wilamowitz. Jahrb. f. d. klass. Altert. 1899 I 8, p. 515 adn. 3, tibicinem inter comoediarum novarum actus canentem Plaut. Pseud. 573 ed. Leo.

---

12) cf. Dio Prus. or 51, 300 *καὶ τοσοῦτος ἤδη χρόνος ἐστίν, ἐφ' οὗ τὰς αὐτὰς διδάσκουσι τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας.* cf. ceterum de poetis fabularum novarum Quint. X 1, 66: correctas eius (Aeschyli) fabulas in certamen deferre posterioribus poetis Athenienses permiserunt suntque eo modo multi coronati.

Poetarum antiquorum tragicorum maxime fabulae Euripidis (cf. B C H XVII 15: post a. 300 a. Ch. n. Dionysiis Athen., Soteriis Delph., Heraeis, Naeis Dodonaeis eius fabulae [He]racles, [Or]estes, Achel[ous] [El]ectr[a] acta sunt), comicorum Menandri eiusque aequalium, quorum comoediae jam s. II. a. Ch. n. antiquae dictae sunt: C I A II 975.

13) cf. 4 *χορευταὶ κωμῳδοῦ* Soteriis hieme Delphis celebratis *'Εφ. ἀρχ.* 1883, 161.

Complexi igitur sunt ludi thymelici haecce certamina suo ordine enumerata: *ποιητῶν προσοδίου, σαλπιστῶν, κηρύκων, ἐγκωμίου λογικοῦ, ἐγκωμίου ἐπικοῦ, ῥαψῳδῶν, ἐπῶν ποιητῶν, αὐλητῶν, αὐλῳδῶν, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν,* chororum (*χοραυλῶν, χοροκιθαριστῶν* in titulis imperatorum aetati tribuendis).

ἱλαρῳδῶν, μαγῳδῶν (Aristocles *π. χορῶν* lb. I. ap. Ath. XIV 620 d, e, 621 b, c) certamen institutum fuisse nescimus. In agonisticis quidem neque victorum neque participum catalogis adhuc editis nobis occurrunt, sive certamina non inierint sive casu acciderit, ut tituli eos exhibentes perditi sint. Itaque cantus ille Alexandrinus (Alexandrian erotic fragment, Grenfell, Oxford 1896) quem U. de Wilamowitz in Göttinger Nachr. 1896, p. 230 et Crusius, Philol. 55, 381 *ἱλαρῳδίαν* dicunt, utrum thymelicis ludis cantatus sit necne, diiudicari adhuc nequit.

IV

De ludorum thymelicorum amplificatione.

Qui artifices ludis thymelicis altera quarti a. Ch. n. saeculi parte, cum primum thymelici instituti videntur, certaverint traditum non est. Rhapsodos certe tum temporis et citharoedos primum in theatra processisse Athenaeus XIV 620 b, VIII 350 b nobis auctor est. Ludorum musicorum — non simul scaenicos intellego — quarto saeculo celebratorum tres tantum ad nos pervenerunt agonistarum vel victorum indices, quorum duo mutilati; antiquissimus est titulus Panathenaeorum (C I A II 965) ideoque non thymelicus; laudantur artifices [*ῥαψῳδοί*], *κιθαρῳδοί*, *ἄνδρες αὐλῳδοί*, *ἄνδρες κιθαρισταί*, *αὐληταί*; alter I G S I 414 victores Amphiaraeorum Oropiorum exhibet: . . . . . [*ῥαψῳ*]*δόν*, *ἄνδρα κιθαριστήν*, *ἄνδρα αὐλῳδόν*, *αὐλητήν*, *κιθαρῳδόν*, *σοφιστήν*, victores gymnicos, equestres; an thymelici iam fuerint, incertum, cf. cap. I p. 9; tertium ludorum, qui Alexandri Magni nuptiis acti sunt, praebet indicem Chares ap. Ath. XII 538 e. sed hos quoque ludos thymelicos appellatos esse minime constat. quarto igitur saeculo ludis ut ita dicam musicis certamina rhapsodorum, tibicinum, auloedorum, citharistarum, citharoedorum, oratorum commissa sunt.

Quos artifices thymelicis quoque, ex quo instituti sunt, ludis, non tamen omnes omnibus ludis, sed alios ab aliis civitatibus praelatos, in certamen descendisse verisimillime est; atque omnium ludorum, qui et thymelici nominati et artificum catalogis cogniti sunt, indices antiquissimi (III. a. Ch. n. saec.) I G S I 1735, B C H XIX 314, 333 quinquennalibus Thespiensium Museis, qui agon *θυμελικός* saeculo III. a. Ch. n. *στεφανίτης ἰσοπύθιος* factus est, de corona certasse testantur hosce: *ἐπῶν ποιητάς*, *αὐλητάς*, *αὐλῳδούς*, *κιθαριστάς*, *κιθαρῳδούς*. Quibus paulo post (cf. titulum I G S I 1762 cap. III adn. 1)

rhapsodorum, de epiniciis et tertius quidam adiunctus est agon ignotus: qualem enim Sophilus Sotelis f. professus sit artem non patet; ex ordine certaminum concludendum est, eum aut prosodiorum poetam aut tubicinem aut praeconem fuisse; tamen prosodiorum potius poetas, qui saeculo tertio ludis musicis interfuerunt (Soteriis Delphicis, Wesch.-Fouc. 5, Museis altero a. Ch. n. saeculo B C H XIX 336), quam praecones[1]) vicisse conicio, quos alterius demum a. Ch. n. saeculi catalogis inscriptos invenimus (B C H XIX 336, Journ. of hell. stud. VII 148).

Soteriis Delphis institutis praeter choros *ῥαψῳδοί, κιθαρισταί, κιθαρῳδοί, ποιηταὶ προσοδίων* (semel, W.-F. 5) in certamen commissi sunt. Utrum tibicines in Soteriorum catalogis commemorati primum pro se singuli certaverint deinde choreutis succinuerint (cf. Chares ap. Ath. XII 538 f.) an solum puerorum virorumque choris concinuerint, ambiguum. Notandum autem, in victorum catalogo non nisi *αὐλητάς* choreutis concinentes [*αὐλητὰς ἄνδρας, παῖδας*] commemorari.

Deliacis in titulis huius aetatis B C H VII 105 sq. [non sunt catalogi victorum] laudantur *ῥαψῳδοί* (semel a. 286 B C H VII 105 cf. de Jan l. c. 75) *αὐληταί, κιθαρισταί, κιθαρῳδοί, θαυματοποιοί*[2]) (inde ab anno 270), *ψάλτης* (semel a. 286)

---

[1]) Tubicinum certamen semper, solo omnium catalogorum excepto I G S I 1773, imp. aet., praeconum antecessit certamini.

[2]) *θαυματοποιία* iam IV. a. Ch. n. saec. ita fuit popularis, ut *θαυματοποιοί* ipsis ludis musicis suas artes demonstrarent [Plat. leg. II 658 B Ath. XII 538 e]. In theatra imperatorum certe aetate aditus eis fuit [Quint. X 7, 11, Plut. Lyc. 19 (ex more sane sui temporis), Alciphr. epist. III 20 p., 70 ed Wagner, cf. Maneth. apotelesm. 276]. Certamen autem vix institutum fuerit; neque ullus quidem victorum catalogus *θαυματοποιόν* laudat; mercede potius spectatores delectasse videntur. cf. Böttiger, kleine Schriften III 339. De variis uno nomine *θαυματοποιῶν* comprehensorum artificum generibus vid. Bulenger, d. theatro I cap. 35 sq., Wolf, Casauboniana p. 52 sq., Böttiger, kl. Schriften III 339, H. Reich, Die ältesten berufsmässig. Darsteller d. griech.-ital. Mimus, Königsberg 1897. Depictos eos videmus apud Tischbein, vases Hamilton I 60, Baumeister, Denkm. 249, Heydemann, Griech. Vasenb. I 9, Mus. Borbon. VII 58, Bull. Nap. V T. 75, Millin II 78, 4 = Reinach, peintures d. vases antiques, in tabula Cyrenaica (Wieseler, Theatergebäude), cuius figuras tertiam quartamque acetabularios esse conicio.

III. igitur saeculo ludis thymelicis commissa sunt ubique fere certamina ῥαψῳδῶν, αὐλητῶν, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν, deinde αὐλῳδῶν[3]), rarius ἐπῶν ποιητῶν[4]), ποιητῶν προσοδίων. Hoc fortasse saeculo etiam de epiniciis (cf. I G S I 1762, cap. III. adn. 1) certamina fuerunt, deinde oratorum, quos Amphiaraeis certasse IV. ultimoque a. Ch. n. saeculis (I G S I 414. 416; scimus, III. alteroque nostro iure suspicamur. Encomia epica huius aetatis tenemus Theocriti in Hieronem et in Ptolemaeum; in titulis autem non nisi I. a. Ch. n. saeculo et solis quidem Amphiaraeis apparent.

II. a. Ch. n. saeculo ad hos additi videntur tubicinum praeconumque agones (B C H XIX 336. Journ. of hell. stud. VII 148), de aliis nil certi habemus, cum maxima testimoniorum paupertate impediamur.

I. a. Ch. n. saeculo ludis thymelicis encomia addita videntur; sed factum esse potest, ut agones de encomiis epicis certe hac aetate Amphiaraeis habiti iam antea ab Oropiensibus instituti sint, cum Amphiaraeorum tituli tertii saeculi et secundi desiderentur.

Ludi igitur thymelici primo certamina ῥαψῳδῶν, αὐλητῶν, αὐλῳδῶν, κιθαριστῶν, κιθαρῳδῶν [ἐπῶν ποιητῶν? oratorum?] complectentes, III. saeculo ἐπῶν ποιητῶν, ποιητῶν προσοδίων, III. vel II. saeculo de ἐπινικίοις, de ἐγκωμίοις et λογικοῖς et ἐπικοῖς, II. saeculo σαλπιστῶν, κηρύκων agonibus amplificati sunt. Accuratiora de tempore, quo singula certamina thymelicis inserta sint, prae titulorum adhuc effossorum editorumque III. alterique saeculo attribuendorum paucitate erui non possunt.

Auloedorum autem agones I. a. Ch. n. saeculo paullatim aboleverunt[5]). Omnino non habiti sunt Ptois I G S I 4147 (vid. infra s. num. VII), Tamyneis Ἐφ. ἀρχ. 1869 (vid. s. num. XI), non iam Amphiaraeis I G S I 416, 418, 419, 420 (habitos videmus saeculo IV. I G S 414), ludis Jasensibus Lebas l. c. III 281, (habiti sunt saeculo III. l. c. II 254, 256, cf. titulum

3) Ludis vero Apollini sacris hic agon repudiatus videtur, cf. Pythia (Paus. X 7, 4), Soteria Delph., Ptoa II. a. Ch. n., Tamynea I. a. Ch. n., tit. Deliacos.

4) Primum ut videtur, aut ῥαψῳδῶν (Sot. Delph.) aut ἐπῶν ποιητῶν (Musea B C H XIX 333).

5) cf. Jan. l. c. 81. Guhrauer, Gesch. d. Aulod. p. 15.

Ptolemaicum B C H IX 132); incerti Agrioniis I G S I 2448 (vid. s. num. X), Soteriis Acraeph. I G S I 2727 (vid. s. num. VI). Conservati autem sunt solis ludis Boeoticis: Museis B C H XIX 338, I G S I 1760, Charitesiis I G S I 3195/6/7 (vid. s. num. V), Sarapieis I G S I 540[6]) (vid. s. num. IX).

Imperatorum aetate auloedorum certamina paene sublata esse videntur: neque Museorum neque Ptoorum neque Aphrodisiensium neque ludorum Romanorum participes in catalogis laudantur, neque in tabula Cyrenaica pictum videmus auloedum. Pythiis[7]) modo Thebisque[8]) eos cecinisse legimus.

Deinde rhapsodorum etiam et poetarum epicorum certamina post Ch. n. remitti coeperunt. Rhapsodorum recitationes, cum Ptois quidem permansissent I G S 4151, 2726[9]), Museis interdum B C H XIX 344, cf. C I A III 1349, ludis Aphrodisiensibus omnino non habitae sunt C I G 2758, 2759. Atque Graecis etiam carminibus epicis rarissime p. Ch. n. certatum esse videtur (cf. C I A III 1020, Plut. symp. I 4), saepius Latinis, vid. cap. V 9. *ἐπῶν ποιηταί* neque Thespiis neque Acraephii[10]) neque Aphrodisiae in certamen commissi sunt. Utrum *ποιηταί* C I A III 1147/8 commemorati carmina an encòmia epica recitaverint in dubio haeret; Museis quidem encomia dicta esse scimus.

---

[6]) Non commemoratur I G S I 542.

[7]) Plut. symp. quaest. VII 5 addubitatur a Mommsen, Delph. 192, 3 et Guhrauer, Gesch. d. Aul. 14, 1.

[8]) In ultimo tituli mutilati I G S I 2449 versu *αὐ]λῳδ[ός* legendum esse negari nequit. reliqua huius tituli hunc fere in modum suppleri malim

π]οιήσ
[εως καινῆς κωμῳδίας . . . .]ποιήσε
[ως καινῆς τραγῳδίας Ἀρτέμων]Ἀρτέ
[μωνος Ἀθηναῖος ὑποκριτὴς καινῆς]τραγῳ
[δίας . . . .]χορα
[ύλης . . . . αὐ]λῳδ

cf. I G S I 1773.

[9]) *ῥαψ]ῳδῶν* eodem iure quo *τραγ]ῳδῶν* suppleri posse tituli I G S I 4151, 1776, 1773 demonstrant.

[10]) B C H XIV 192[1] B *ἐπικ[ὸς ποιητής]* legendum esse verisimile mihi non videtur. Fortasse nomen proprium *Ἐπικτήτης* (cf. I G S I 1773) incisum erat.

Contra oratorum commissiones (*ἐγκώμια καταλογάδην*) imperatorum aevo latius latiusque pervagatae sunt ita, ut paene omnibus ludis [Ptois exceptis] prosa oratione certatum esset[11].

Denique p. Ch. n. nova haec certamina in titulis leguntur, quae fortasse ab antiquioribus non nisi nominibus distant. Conferas *χοραύλης*: a. Ch. n. *κύκλιος αὐλητής, αὐλητὴς μετὰ χοροῦ* [(B C H IX 147. s. II. a. Ch. n. Delos; B C H XX 628 Delphi *αὐληταὶ ἄνδρες* (*παῖδες*)]; *χοροκιθαρεύς*: a. Ch. n. *κιθαριστὴς μετὰ χοροῦ* (B C H IX l. c.); *πυθαύλης* et *πυθικὸς αὐλητής*: a. Ch. n. *αὐλητής*; *ψιλοκιθαρεύς, πυθικὸς κιθαριστής*: a. Ch. n. *κιθαριστής*; *ἀγὼν διὰ πάντων*: a. Ch. n. *ἐπινίκιον*.

De tempore quo ludi thymelici omnino omissi abolitique sint, minus etiam quam quo sint instituti, certi aliquid explorari potest. Saeculis quidem II. et III. p. Ch. n. ubique etiam acti sunt, sicut testantur Ulpian Dig. lb. III tit. 2 lex 4: utile videtur ut neque thymelici neque xystici .... ignominiosi habeantur, et Artemid. Onirocr. II 3, 132 ed. Reiff: *ποικίλην δὲ ἐσθῆτα ἔχειν ἢ ἁλουργίδα ...... θυμελικοῖς καὶ σκηνικοῖς καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις μόνοις συμφέρει* et illae, quae in titulis[12] haud paucis commemorantur *ἱεραὶ θυμελικαὶ περιπολιστικαὶ σύνοδοι τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν*. Ultimum de ludis thymelicis testimonium Choricii est pro mimis oratio anno 526 p. Ch. n. aut paulo ante habita (Curtius Kirsten quaest. choricianae, Breslauer philg. Abhdlg. VII 1895 p. 21 sq.). Inter enim annum 525 et 527 Justinianus *τὰ θέατρα* conclusit (Procop. hist. arian. c. 26, Joannes Malalas chron. lb. XVII, Migne Patrol. Graec. tom. 97 p. 416 sq., cf. Kirsten l. l.).

---

11) Capetoliis Graece Latineque Suet. v. Dom. 4, cf. Lugduni certamen Graecae Latinaeque facundiae Suet. v. Calig. 20, Plin. paneg. 54 init.

12) Ex. gr. C I A I, 22 (Attica, saec. II. p. Ch.), Arch. epigr. Mitteilg. IX 130 (Ancyra, s. II. p. Ch.), I G S I, 2495/6 (Nemausus, saec. II. p. Ch.), C I G 3476 b (Tyatira).

V

De singulis artificibus thymelicis secundum ordinem alphabeticum.

1. de *αὐληταῖς*.

Tibicinum certamen antiquum; Pythiis institutum est a. 586 a. Ch. n. (Paus. X 7, 4). IV. a. Ch. n. saec. Athenis eos Oropique in certamen commissos esse scimus (C I A II 965 a, I G S 414, cf. Ath. XII 538 e), aliisque haud dubie ludis musicis hac aetate celebratis certaverunt. Agonis eorum thymelici prima fit mentio in titulo I G S I 1735[1]) saec. III. a. Ch. n.; inter primos vero artifices proprie musicos IV. iam saeculi altera parte in theatra eos processisse probabile est. III., II., I. saeculis fere omnibus ludis tibicinum certamina edita sunt atque imperatorum quoque aetate ubique floruerunt (Lüders l. c. 102, C I G 1719, 1720, Dio Prus. or. VII 109).

Tibicines sicut ceteros tres artifices vere musicos imprimis nomos cecinisse verisimile est, quorum nomina nonnulla Plutarcho Polluceque praecipuis testibus cognita habemus. Ab harmonia denominati erant *νόμος Λύδιος* (Marsyae), *Φρύγιος* (Olympi) Polluc. onom. IV 79 — a genere: *ἐπιτυμβίδιος* (l. c.), *ἐπικήδειος* (Olympi) Plut. mus. 15, (cf. eiusdem nominis *νόμ. αὐλῳδ.* Plut. de mus. IX 10), *πολυκέφαλος* (*εἰς Ἀπόλλωνα*), quem Olympum et seniorem et iuniorem et Cratem Olympi discipulum invenisse dicunt (Plut. l. c.)[2]), *ἁρμάτειος*[3]) (Olympi), idem

[1]) cf. B C H XIX 314, 333, Mitteil. d. arch. Inst. Ath. I 327, s. III. a. Ch. n., de corona *ἐν τῷ θεάτρῳ τῷ ἀγῶνι τῶν αὐλητῶν τοῖς Ἑκατομβίοις* pronuntianda.

[2]) De huius nomi a Mida fortasse Agrigentino Pythiis cantati [Pind. Pyth. 12 cf. schol.] Perseum Medusam interficientem demonstrantis nomine orto ex sibilu multorum Medusae capiti innatorum serpentum vid. Guhrauer, Philol.-Versammlg. Görlitz 1889, p. 440 sq. cf. Jan, Zürcher Philol. Versammlg. 1889, p. 440 sq. cf. Jan, Zürcher Philol. Vers. 1887, p. 76 (complura huic nomo fuisse prooemia).

[3]) Plut. mus. 7, qui nomus Athenae sacer fuisse videtur, Hesych. *ἁρμάτειον μέλος τῆς Ἀθηνᾶς νόμος; cf. νόμον ὄρθιον.*

fortasse atque *νόμος τῆς Ἀθηνᾶς* Plut. mus. 33, *τριμερής*[4]) (Sacadae) — a metro: *τροχαῖος* (Poll. IV 65, cf. citharoed.), *ἴαμβος* (Poll. IV 83, cf. citharist.). *βάκχειος* (Xenoph. symp. IX 3), *ὄρθιος*[5]) — ab hominibus et deis: *νόμος Κραδίας*, quem Mimnermus cecinisse dicitur (Plut. mus. 7), *νόμος Ἄρειος* metro prosodiaco compositus (l. c. 17, 29), *νόμος Ἀθηνᾶς*, cuius prima ut videtur pars *ἀνάπειρα* nominabatur[6]). denique omnium notissimus *νόμος Πυθικός* qui quinque ex partibus *πεῖρα, κατακελευσμός, ἰαμβικόν, σπονδεῖον, καταχόρευσις*[7]) compositus Pythiique primum a Sacada cantatus Apollinis cum Pythone pugnam tibia sola nullo alio adhibito organo exposuit[8]).

Quod ad habitum, Theophrastus Androna Catanaeum — qui quo tempore vixerit ignoratur — primum canentem motus gestusque corporis modulate gessisse dicit[9]), cf. tibicinem in tabula Cyrenaica, Wieseler Theatergeb. 13.

Tibicines, quos rarius barbatos effinxerunt[10]), prioribus temporibus in veste Pythica[11]) paululum ornata [punctis[12]), stellis[13]) distincta] neque cincta neque manicata[14]) in certamen

---

4) Plut. mus. 8, [auloed. quoque nom. Clonae] cf. Jan. l. c. 78¹ (dubium); *ἀπόθετον* et *σχοίνιον* (Clonae), Poll. IV 65, 79, Guhrauer, Gesch. d. Aulod. 9 sq. auloedicos, non simul auleticos ducit.

5) Herod. I 24, Poll. IV 65 schol. ad. Aristoph. Ach. 16, Suid. s. v. Timotheus *ηὔλει ποτὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὸν ὄρθιον νόμον καλούμενον.* cf. citharoed.

6) l. c. 33 *νόμον Ἀθηνᾶς* genus, *ἁρμάτιον, ὄρθιον* species fuisse incredibile non est.

7) Poll. IV 84, cf. argum. in Pind. Pyth. p. 297 Boeckh *πεῖρα, ἴαμβος, δάκτυλος, κρητικόν, μητρῷον, σύριγμα.* Strabo IX 3, 10: *ἄγκρουσις, ἄμπειρα, κατακελευσμός, ἴαμβοι καὶ δάκτυλοι, σύριγγες;* Strabo auleticum citharisticumque *νόμον Πυθικόν* confundere videtur, vid. sub *κιθαριστῇ.*

8) cf. Guhrauer, d. pyth. Nomos, Jahrb. f. class. Philol. Suppl. NF. 1875,6, p. 311 sq.; 1880 p. 703; Jan Philolog. 38, 378.

9) Ath. I 22 c, *κινήσεις καὶ ῥυθμοὺς ποιῆσαι τῷ σώματι αὐλοῦντα* cf. Paus. IX 12, 5 *λέγεται δὲ ὡς Πρόνομος τοῦ προσώπου τῷ σχήματι καὶ τῇ τοῦ παντὸς κινήσει σώματος περισσῶς δή τι ἔτερπε τὰ θέατρα.*

10) Benndorf, Vasenb. 43, 4 a, b, Hartwig, Meisterschal. T. 65, 66.

11) de *Πυθικῇ στολῇ* Ath. XII 535 d (artificum proprie musicorum vestis scaenicorum contraria) cf. Stephani, compte rendu 1876, 123.

12) Gerhard Ant. Vas. T. 260, Inghirani, vas. fitt. T. 83.

13) Bennd. l. c. 43, 4 a, Mon. d. Inst. 1880, T. 4.

14) Gerhard, etr. camp. Vasenb. T. 3, manicam ad cubitum pertinentem vid. Ingh. l. c., cf. Perrot-Chippiez, hist. d. l'art III p. 588.

inierunt. Paulatim, ab Alexandri sane temporibus hic auletarum vestitus ornatusque auctus similisque factus est ei, quo alii artifices musici usi sunt[15]).

In tabula Cyrenaica pictus est tibicen longam manicatam alteque cinctam[16]) vestem[17]), quae superiore parte[18]) ad usque latum cingulum [cf. *χοραύλην* eiusdem tab.] picturis in manicis quidem conservatis variata fuisse videtur, chlamydemque[19]) a tergo dependentem indutus atque calceatus[20]).

Tibiarum[21]) arundine, loto, ossibus cervinis (Ath. V 182 e), ebore factarum genus, quo usi sunt in certaminibus *ὑποθέατρον, ἐναγώνιον* Ath. V 182 a, vel quo *νόμον Πυθικὸν* canebant *τέλειον* (Poll. IV 81 sq.) vocabatur. Ceterum tibias, quibus Pythiis, *Πυθικὸν* igitur *νόμον* canebant [*τελείους*], proprias quasdam habuisse partes *σύριγγας* appellatas, ad *συριγμὸν* scil. draconis sibilum imitandum necessarias vel maxime idoneas Plutarchus nos docet de mus. 21 haec scribens: *Τηλεφάνης ὁ Μεγαρικὸς .... τοῖς αὐλοποιοῖς οὐδ' ἐπιθεῖναι πώποτε εἴασε σύριγγας ἐπὶ τοὺς αὐλούς. ἀλλὰ καὶ τοῦ Πυθικοῦ ἀγῶνος μάλιστα διὰ ταῦτ' ἀπέστη* (cf. Jan, Philol. 38, 384).

Praeterea ut difficilem tibiae inflatum sibi levarent vel ut inflatus aeris expirati moderatione tenerior esset, capistro (*φορβειά, στόμις, περιστόμιον* Hesych.) plerique sane usi sunt, plerisque quidem tibicinum figuris appictum est[22]).

[15]) cf. Wieseler, Theatergeb. ad tab. 13, 3 et 4, p. 102. Horat. ep. ad Pison. 214.

[16]) Cingulum flavum cum margine rubro Wiesel. l. c. ad 6, p. 103.

[17]) Num revera manicae a cubitu ad articulos palmarum modo ornatae fuerint dubium.

[18]) Caerulea in tab. Cyren., caerulea et rubra Wies. l. c. ad 6, p. 103.

[19]) Purpurea ut videtur; flava apud Wies. l. c.

[20]) Antigenidas, qui erat inter celeberrimos saec. IV. tibicines, primus calceis Milesiis usus esse fertur apud Suid. s. v. Antigenidas.

[21]) Sufflava Wies. l. c., cf. tab. Cyr. choraul.; nigra, alba: Gerh. etr.-camp. Vasenb. T. 3. Ceterum de tibiis cf. Baumeist. Denkm 557 sq., de Jan in Pauly-Wissowa 2400 s. v. Antigenidas.

[22]) cf. Mon. d. Inst. V 10, Ingh. v. f. 83, Hartwig l. c. 65, 66, Gerh. Vasenb. 155 IV 272; album Wies. l. c., Benndorf Vasenb. 43 4 b, non appictum Benud. l. c. 43 4 a, Panofka B. ant. Leb. 4, 9. thecam tibiis servandis destinatam (συβήνην) vid. ex. gr. arch. Ztg. 1889, p. 26, Mon. d. Inst. 1880, T 24. Gerhard, Vasenb. IV 272.

Praemia auletis (κυθαύλαις vid. pag. 60) proposita ex titulis Aphrodisiensibus soli cognoscimus: in catalogo C I G 2759 victori 1000 [totidem φιλοκαίσαρι], 750 poetae, orator.] C I G 2758, col. I victori 2000 [cf. praemia oratori, poetae data col. III 1400 [alteri 400] denarii decreti sunt.

2. de *αὐλῳδοῖς*.

De arte auloedica cf. quae diligenter iam scripsit Guhrauer, Zur Geschichte der Aulodik, Waldenburg 1879. Auloedum fuisse cantorem [sicut citharoedum], cui tibicen concinuit (cf. Ath. XIV 621 b. Plut. mus. 36) inter homines doctos nunc constat. Quo modo vero tibicen auloedo concinuerit, nescitur. Tibiae sonum cantoris voce elatiorem fuisse putat de Jan (Die Tonart. d. alt. Griech. Allgem. Musikztg. 1878).

De auloedorum certamine Pythiis anno 586 a. Ch. n. instituto (Paus. X 7, 4), paulo post repudiato atque nescimus quo tempore restituto[1]) ad quartum a. Ch. n. saeculum perpauca comperimus (Plut. Pericl. 13, cf. Reisch l. c. p. 16); saeculo IV. eis Athenis[2]) et Oropi certamen fuisse scimus; quibus aliis etiam locis plane dubium. In theatris eos fortasse eodem tempore, quo rhapsodi, citharoedi, tibicines i. e. altera IV. a. Ch. n. saeculi parte cantare coeperunt. III. saeculo hunc agonem thymelicum fuisse testantur tituli I G S 1765, B C H XIX 314, 333. Sed cum ex. gr. tibicines, fidicines paene omnibus in catalogis commemorentur, auloedi aetate hellenistica non numquam [saec. III. Soteriis Delphicis, saec. I. Amphiaraeis, Ptois, Tamyneis, Sarapieis I G S 542], p. Ch. n. in omnibus catalogis desiderantur.

Nomi soli sunt quos scimus auloedorum cantus, quorum paene nil nisi nomina cognoscimus: *ἀπόθετος* (Clonae), *ἔλεγοι*, *κωμάρχιος*, *σχοινίων* (Clonae), *Κηπίων ?*, *ἐπικήδειος* [coniec. Westphal pro *τενέδιος*], *τριμερής*, *τὰ Πολυμνήστεια καλούμενα* (nomi Polymnestus et Polymnesto Plut. mus. 5), *ὄρθιος* (Plut. mus. 10). Quibus de nomis vid. Guhrauer l. c. 8 sq.

[1]) Plutarcho quidem solo nobis auctore quaest. conviv. VII 5, cf. autem Guhrauer l. c. 14, 1, Mommsen Delph. 192, 3.

[2]) C I A 965 a; neque *ἀνδράσι αὐλῳδοῖς* neque *ἀνδράσι κιθαρισταῖς* (I G S 414) *παῖδας αὐλῳδούς* (*κιθαριστάς*) opponendos esse (Breuer l. c. p. 24) iam Reisch l. c. 21 suo iure iudicavit. *παῖδες αὐλῳδοί* (*κιθαριστ.*) nusquam commemorantur. Imperatorum demum aetate *παιδὶ κιθαρῳδῷ* praemium expositum est C I G 2758, 9.

De aulocdorum vestitu pauca comperta habemus. Paucis illis, quibus appincti esse videntur picturis[3]) eos solo *χιτῶνι ὀρθοσταδίῳ* inornato (clavo purpureo) indutos videmus. Tamen veste profecto non minus ornata usi sunt quam ceteri artifices cf. Plut. quaest. conviv. VII 5. *αὐλῳδόν ... ἐσθῆτι* (i. e. veste ornatu insigni) *καὶ στεφάνῳ*[4]) *ὥσπερ ἐν ἀγῶνι ... κεκοσμημένον ἐκπρεπῶς.*

Praemium ex uno solo titulo C I A 965 a saec. IV. a. Ch. cognitum habemus. Victor 300 modo drachmas (totidem ultimus citharoedus), alter 100 obtinuit. Iam IV. igitur saeculo auloedi tribus aliis artificibus musicis postpositi minimoque pretio honorati sunt. Quam parvi saeculo I. a. Ch. n. eorum ars ducta sit, etiam Cicero nos docet in oratione pro Murena habita haec verba faciens [13, 29]: ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse qui citharoedi fieri non potuerint[5]).

3. de *ἐγκωμίοις ἐπικοῖς*.

Laudationum deorum, heroum, hominum versibus compositarum certamen haud ita antiquum; prima inveniuntur eorum vestigia V. a. Ch. n. saeculo Ephesi Samique (Macrob. Sat. V 22. Plut. Lys. 18); antiquissima quae nobis tradita sunt encomia sunt Theocriti in Ptolemaeum[1]) et Hieronem. saeculo I. a. Ch. n. Amphiaraeis duo laudationum certamina instituta erant, prius *καταλογάδην*, alterum *ἐγκωμίου ἐπικοῦ* i. e. laudationis versibus et eis metro formaque heroica compositae[2]). Heroicone contexta sint metro carmina in Dianam et Lysandrum s. l. incertum. Ergo a. Ch. n. epicum modo poeseos genus eiusque tres tantum species i. e. carmina epica, laudationes epicae atque Hegemonis quidem temporibus paro-

[3]) Wiesel. l. c. 4, 7., Satyrsp. 611.

[4]) cf. Aristocl. ap. Ath. XIV 621 b *δέδοται δὲ ὁ στέφανος .... τῷ αὐλῳδῷ, οὐ...τῷ αὐλητῇ* (auloedo concinenti).

[5]) cf. Aristot. probl. 19, 43 *ὁ μὲν αὐλὸς πολλὰ τῷ αὑτοῦ ἤχῳ καὶ τῇ ὁμοιότητι συγκρύπτει τῶν τοῦ ᾠδοῦ ἁμαρτημάτων, οἱ δὲ τῆς λύρας φθόγγοι ..... συμφανῆ ποιοῦσι τὴν τῆς ᾠδῆς ἁμαρτίαν .....*

[1]) Alexandriae Ptolemaeis in honorem *θεῶν Σωτήρων* institutis recitatum putat de Prott, Mus. Rhen. NF 53, 460 sq.

[2]) Itaque haud raro poetae epici etiam encomiis vicisse intellegitur, cf. [illegible] I G S 419, 3197, Mestorem I G S 418, 3195, 1760, Democlem I G S 416, 2448.

diae ad agones admissae sunt; poemata didactica certatim vix recitata sunt, cum ad haec apta non essent.

At ἐγκωμίου ἐπικοῦ agones quod quidem adhuc sciamus a. Ch. n. haud ita late diffusi videntur. Factum tamen esse potest, ut diadochorum aetate eorumque ludis huius modi certamina instituta sint, quamquam neque Graeciae ipsius neque insularum titulus quisquam tertio alterique saeculo attribuendus hunc agonem nuncupat: saeculo demum I. atque Amphiaraeis[3]) adhuc solis nobis occurrit. Quorum ludorum cum catalogi III. et II. saeculi traditi non sint, in obscuro est, quo saeculo eum induxerint Oropienses; circa medium saeculum IV. nondum actus videtur (I G S 414). ποιητάς, qui Charitesia, Sarapiea saeculo I. a. Ch. n. vicerunt, non ἐγκώμια ἐπικά cecinisse, sed alia tractasse argumenta concedas; encomia enim initio ludorum, post praeconum, non post rhapsodorum agonem recitata[4]) sunt Charitesiisque ἐπῶν ποιητάς certasse ex titulo I G S 3197 docemur.

Imperatorum demum aetate magis pervulgata fuisse videntur. Museis, quibus a. Ch. n. encomia omnino non recitata sunt, saeculo II. p. Ch. n. poemata non solum εἰς Μούσας sed etiam εἰς αὐτοκράτορα, dicta sunt[5]). Notandum autem, in titulis aevi imperatorum poetarum certamina solo verbo ποίημα vel ποιητής, non iam ποιητὴς ἐπῶν vel ἐγκώμιον ἐπικόν indicari. Tum igitur temporis poetis certamina omnis generis erant. Quaenam recitaverint rarissime comperimus. ποιήματα εἰς Μούσας scil. αὐτοκράτορα i. e. ἐγκώμια Museis dicta sunt. Aliis ludis, quorum catalogi nudum verbum ποίημα[6]), ποιητής[7])

---

3) Victores laudantur poetae epici Democles Aminiae f. Thebanus I G S 416, Aminias Democlis f. Theb. I G S 419, ergo pater et filius, Mestor Mestoris f. Phocaeus I G S 418 et Craterus Antipatri f. Amphipolitanus I G S 420.

4) cf. catalogos Oropienses et Thespiensem I G S 1773.

5) I G S 1773, B C H XIX 342, 344. Victores: Aemilius Epictetus Corinthius, Damonicus Damonis f. Thespiensis (I G S 1773) Threptus ὁ καὶ Νικάνωρ C . . . ., ... timus Tryphonis f. Argivus, ... mophanes Bro[mi]i f. Thesp. (B C H XIX 342) Vipsanius Phil[oxeni f. Thesp.], Calli[tychides Phocionis f. Thebanus] B C H XIX 344. Saeculo III. p. Ch. n. poetis omnino Museis certamen non erat I G S 1776.

6) cf. C I A III 1147, 1148 Protogenes et Castor Antinoeis ἐν ἄστει Hadrianeis Theseisque, Zosimus Apollonii f. et Lycophron Philadelphiis, Avidius Octavianus Commodeis, Antiochus Athenaeis.

7) C I G 2758 cf. etiam ποιητὴς Ῥωμαικός C I G 2759.

praebent, poematum genus ambiguum. At Museorum ex titulis verba ποίημα (ποιητής) nullo alio indicio apposito poetarum epicorum certamen significare colligendum non est; nam illic verba quae poematum genus accuratius definirent, addenda erant, quod duo diversi laudationum poeticarum (εἰς Μούσας et εἰς αὐτοκράτορα) agones habebantur. Aliisne etiam ludis praeter Musea poetae laudationibus certaverint ignoratur. De poetarum certaminibus Pythiis, Nemeis, Isthmiis p. Ch. n. commissis, quae P. Stati pater vicit (Stat. silv. V 3, 142 sq.) parum compertum habemus. Romanorum ludis Augustaliis, Neroniis, Capetoliis (cf. Quintil. III 7, 4), Quinquatriis[8]) quin poetae laudationibus de coronis contenderint non dubium est (cf. Plin. paneg. 54 init.).

ἐγκώμια ἐπικά quasi hymni fuere mortalibus (Theocr. Ptolemaeo, Hieroni, Museis imperatoribus), heroibus (εἰς Ἀμφιάραον ut videtur Oropi cf. Bethe, quaest. Diodoreae mythographae, Gotting. 1887, p. 42, in Herculem Thebis: Ptolem. Hephaestionis III p. 186, 29 in Westermanni Mythogr. Gr.; quamquam falsarius est Ptolem. Heph. f., hoc certe verum est cf. Bethe l. c.), deis (εἰς Μούσας Museis) dicti eademque ratione atque nomi compositi[9]), cf. Theocriti encomia, Tibull. I 7, II 5.

De vestitu pretioque nihil cognitum habemus.

4. de ἐγκωμίοις λογικοῖς.

Orationes panegyricas dicendi morem altera saeculi V. a. Ch. n. parte sophistae poetas imitati receperunt. Primus nominatur Gorgias Leontinus[1]), deinde Hippias[2]), Prodicus, Polus Agrigentinus, qui omnes Olympiis orationes habuerunt[3]). Sed etiam aliis ludis oratores admissi sunt, ita saeculo V. Pythiis, cf. Gorgiae Πυθικὸν λόγον (Cic. d. or. l. c.), saeculo IV. Panathenaeis cf. Isocratis Παναθηναικόν, Amphiaraeis[4]). Cer-

8) Stat. silv. IV 2, 65 sq. Troianae qualis sub collibus Albae | cum modo Germanas acies, modo Daca sonantem | proelia Palladio tua me manus induit auro. cf. Vollmer ed. Stat. silv. p. 450, 19[10].

9) Crusius, Zürcher Philologenvers. 1887, 264. Usener, Mus. Rhen. NF 29, 43.

1) Aristot. rhet. III 14, 2. Quint. III 8, 9. Philostr. vit. Gorg.

2) Dio Prus. or. 71, 2. Cic. d. or. III 32, 127. Philostr. vit. Hipp.

3) Philostr. vit. soph. I 17, cf. Isocr. panegyr. 45, Paus. VI 17, 5; XVIII 2, 3.

4) I G S 414 IV. a. Ch. n. saeculi extremus musicorum σοφιστής.

tamina oratorum iam extremo saeculo V. vel initio saeculi IV. habita sunt. siquidem Vahlen (Wiener Sitzungsber. 1863, tom. 43, p. 519) Isocratis verba *ἀγῶνας ἰδεῖν μὴ μόνον τάχους καὶ ῥώμης* (id est certamina gymnica) *ἀλλὰ καὶ λόγων καὶ γνώμης* Paneg. 45 iure ad Gorgiam (*Ὀλυμπικόν*) revocavit. Saeculo IV. certamen in honorem Maussoli mortui a coniuge eius Artemisia minore editum[5]) et eodem fere tempore Oropi sophistarum agon commissus est extremis ludis musicis. Attamen a. Ch. n. hic agon apud Graecos haud ita pervulgatus fuisse videtur (Cic. d. or. II 84, 341); in tribus enim modo omnium qui ad hoc aevum pertinent titulorum rhetores in certamen admissos videmus[6]): Amphiaraeis[7]) et IV. (I G S 414) et I. a. Ch. n. saeculo (I G S 416 418, 419, 420), Soteriis Acraephiensium (I G S 2727), Tamyneis (*Ἐφ. ἀρχ.* 1869. 347 n. 412) I. a. Ch. n. saeculo. Imperatorum demum aetate rhetorum agones paene ubique[8]) inducti editique sunt; cogniti sunt agones Museis (I G S 1773, B C H XIX 342, 344), Pythiis (Wesch.-Fouc. l. c. 469), Isthmiis (Plut. symp. VIII 4, 1, Dio Prus. I pag. 97 *Διογένης ἢ π. ἀρετῆς* § 9, cf. Reisch l. c. 53), Athenis (C I A III 1147, 1148), Aphrodisiae (C I G 2758/9), Romae Neroniis (Suet. v. Neron. 12, Tac. Ann. XIV 20, XVI 4), Capetoliis (Suet. v. Dom 4, prosae orationes graecae latinaeque), in Albano Quinquatriis l. c., Lugduni (Suet. v. Calig. 20, Graecae Latinaeque facundiae. Dio Cass. 47, 1); non admissi videntur Ptois (I G S 4151).

Saeculo IV. rhetores primum laudationes certatim habuisse videntur cf. laudes Maussoli. Tales postea laudationes si non in omnibus, plerisque certe ludis dicendae oratoribus proponi solebant; rhetorum enim commissiones, quae in victorum catalogis saeculo I. imperatorumque aetate incisis commemorantur,

5) Suid. s. v. Isocrat. Apollon. et s. v. Theodectes; Gellius noct. att. X 18, cf. Usener, Rh. M. NF 29, 33.

6) B C H XVIII 77, 5 Delphi II. a. Ch. ....]*νια εἰς Ῥωμαίους κτλ* Crusius, Philol. 53 suppl. 131 adn. 180 temere supplevit *ἐγκώμια ἐναγώ*]*νια εἰς Ῥωμαίους*.

7) Oropi nescimus quo anno saeculi I. *εὐαγγέλια τῆς Ῥω*[*μαίων νίκης*] ab Euphane Oropiensi dicta sunt I G S 417 fin.

8) cf. Plin. paneg. 54 init. Quis iam locus miserae adulationis manebat ignarus, cum laudes imperatorum ludis etiam et commissionibus celebrarentur?

semper verbis ἐγκώμιον (Ἐφ. ἀρχ. 1869 l. c. saeculo I. a. Ch. n., CIA III 1147/8, BCH XIX 344, p. Ch. n.) ἐγκώμιον λογικόν (IGS 416, 2727 saeculo I. a. Ch. n.) ἐγκώμιον καταλογάδην (IGS 418, saeculo I. a. Ch. n.), ἐγκωμιογράφος (B C H XIX 342, C I G 2758/9, imperatorum aetate) indicantur. Quali oratione Pausimachus sophista Atheniensis Amphiaraeis victoriam reportaverit diiudicari nequit; quod sophistarum, non laudatorum victor nominatur, diverso fortasse orationis genere explicandum est; factum tamen esse potest, ut iam saeculo IV. laudatio rhetoribus dicenda nomenque modo huius certaminis commutatum sit, eodem fortasse tempore, quo novus artificum musicorum ordo institutus est; tum quoque temporis laudatorum agon ad ludorum initium apte transductus esse videtur.

Orationum cognitarum dictarumque in agonibus et rhetorum qui certaminibus interfuere numerus exiguus. De Pausimacho supra verba feci. Quatuor rhetores ad epitaphium Maussoli decertandum convenerunt Isocrates Apolloniates, Naucrates Erythraeus, Theodectes, Theopompus Chius, quem vicisse dicunt (Gell. l. c. X 18, Suid. s. v. Theodectes). Lysimachi Myrinensis encomium in Alexandrum Philippumque Olympiae recitatum (Plut. v. Dem. 9), Hermesianactis in Minervam, Matris in Herculem[9]) sintne certatim dicta necne in medio relinquendum. Xenoclis Adramytteni rhetoris, ἀγωνιστοῦ εἴ τις ἄλλος (Strabo p. 614), oratio nulla ad nos pervenit. Saeculo I. a. Ch. n. encomia dicta sunt in Amphiaraum ut videtur Amphiaraeis ab Aristonico Oropiensi, Moscho Prusensi, Demogene Oropiensi, Aspendioque quodam (I G S 418, 419, 420, 416). in Apollinem Tamyneis ab Eretriensi quodam ...... emo (Ἐφ. ἀρχ. 1869 l. c.), in Apollinem Jovemve Soteriis Acraephiae a Polyxeno Acraephiensi (I G S 2727), p. Ch. n. sacri Capetoliorum certaminis laudes Jovis Capitolini Graecae Latinaeque perpetua fuere materia[10]). II. p. Ch. n. saeculo Museis P. Antonius Maximus, M. Antonius Maximus Neocaesarenses, Callitychides Thebanus, Ariston Tanagraeus imperatoribus[11]), Neocaesarenses quos laudavi et Vipsanius

[9]) De hoc ἐγκωμίῳ vid. Holzer, G. Pr. Tübingen 1881, U. de Wilamowitz apud Bethe, quaestiones Diodoreae p. 42.

[10]) Quint. III 7, 4, Suet. v. Domit. 4, Palfurius Sura agone Capetolino de oratoribus coronatus Suet. v. Dom. 13.

[11]) Quibus imperatoribus haec encomia sint dicti conicere non audeo.

Thespiensis Musis panegyricos dixerunt (I G S 1773. B C H XIX 342, 344). Julianus Smyrnaeus Pythiis de Apolline (Wesch.-Fouc. l. c. 469). Statius. Aurel. Demosthenes, Eleutherus, Ptolemaeus[12]), Tib. Cl. Thraseus Melitensis Athenis Antinoeis, Hadrianeis, Theseis, Commodeis, Athenaeis, Germaniceis de horum ludorum eponymis vel etiam de imperatoribus laudes habuisse videntur (C I A III 1096, 1129, 1147, 1148). Quibus imperatoribus Marcellus Philadelpheis (l. c. 1148) encomium habuerit obscurum. Praeterea Aristidis Smyrnaei encomia in Minervam, quod in certamine (§ 29), sed vix Athenis (§ 17) dictum esse verisimile, in Asclepiadas, in puteum Aesculapii, in Herculem, in Bacchum, in Serapim, in Neptunum, in Jovem, in mare Aegaeum scripta ad nos pervenerunt, quae sintne omnino certatim et quibus festis dicta nescimus. De Prusensis Dionis orationibus in certaminibus habitis cf. Bethe, Prol. 275 adn. 66.

Rhetorum locus, de quo primum orationes suas habuerunt, templi araeve fuit gradus. Olympiae Gorgias, Apollonius, Polemo, Olbiae Dio Prusensis templi gradum ingressi sunt (Philostr. vit. soph. I 7. Dio Prus. or. 36, 17). Pythicam illam celeberrimam orationem Leontinus sophista *ἀπὸ τοῦ βωμοῦ* dixit (Philostr. vit. Gorg.). Saeculo IV. cum contiones in theatris haberi coeperunt, primos *τοὺς τὰ δημόσια λέγοντας* in eis audivit populus, deinde sub eiusdem saeculi finem, cum non solum chororum, sed etiam reliquorum artificum agones in orchestra committerentur, oratorum quoque certamina in orchestra[13]) acta esse mirum non est. Atque imperatorum aetate rhetoribus in theatris dicendi mos tam cotidianus erat, ut Philostratus vit. soph. 482, ex more sui temporis iam Gorgiam in theatro populum *προβάλλειν*[14]) invitasse diceret: cf. etiam *γραμματικὸν ἐν Ῥόδῳ δεῖξιν ποιούμενον ἐν τῷ θεάτρῳ στίχον αἰτήσαντα* Plut. symp. III 1 (Lehrs, Aristarch p. 214[III]).

Encomia rhetores haud dubie diligenter praeparaverunt. Quamquam enim orationes ex tempore dicendi facultate sophi-

[12]) Ptolemaeus Naucratites ?, qui Athenis versatus est, Philostr. vit. Ptol.

[13]) cf. Ath. V 213 c, Plut. v. Demetr. 34, Tim. lex. Plat. pag. 140 Ruhnk.; p. Ch. n. in scaena.

[14]) cf. ad haec de Arnim, Leben und Werke d. Dio v. Prusa, Berlin 1898 p. 135, 179, 464 sq.

stae omnibus temporibus se exercuerunt[15]), ludis encomia, quorum dicendorum argumenta iam ante certaminis initium omnibus profecto cognita fuerunt, ex tempore habendi locus eis non erat datus.

Oratorum vestitum ab eo, quo alii artifices induti erant, in universum diversum non fuisse verisimile est. Praeter chitona alte cinctum[16]) ad calceos usque demissum (Quint. III 11, 143) splendide ornatum[17]) chlamyde[18]) sunt usi. Anulos insuper magnos pretiososque argenteos (Plin. not. hist. 32, 12), aureos [Athenion sophistes *περικείμενος δακτύλιον χρυσίου ἐγγεγλυμμένην ἔχοντα τὴν Μιθριδάτου εἰκόνα* (Ath. V 212 c), Hadrianus Tyr. *ἐξηρτημένος δὲ τὰς θαυμαστοτέρας τῶν λίθων* (Philostr. vit. soph. 587)] non paucos[19]) gestaverunt. De calceamento aliisque vid. Lucian. rhet. didasc. 15 .... *καὶ ἡ κρηπὶς Ἀττικὴ γυναικεία, τὸ πολυσχιδές, ἡ ἐμβὰς Σικυωνία, πίλοις τοῖς λευκοῖς ἐπιπρέπουσα, καὶ ἀκόλουθοι πολλοί, καὶ βίβλιον ἀεί.* Erant quoque, sed rarius tamen, sophistae, qui eodem admirationis celebritatisque studio permoti vili miseraque veste, ex. gr. solo tribonio pedibusque intectis incessissent[20]). Hoc vero habitu certamina eos iniisse nusquam legimus.

Praemia rhetoribus Aphrodisiae (p. Ch. n.) haud ita magna (maiora artificibus vere musicis) exposita sunt: 200 denarii C I G 2758, 750 C I G 2759. Ubique vero certe non tam mediocria eis data sunt, cum sophistae celebres Philostrato auctore divitias ingentes sibi paraverint (Philostr. vit. Hadr.).

---

[15]) Primus Gorgias, alii: Antipater Hierapolit., Herodes Atticus, Polemo, Scopelianus, Phavorinus. cf. Aristid. or. 50, 15.

[16]) Suae vestis *ζώνην* Hippias ipse fecerat (Dio or. 71, 2).

[17]) Philostr. vit. Hadr. Tyr. 587 *ἐσθὴς πλείστου ἀξία.* cf. Lucian. rhet. didasc. 15 *καὶ ἡ ἐσθὴς δὲ ἔστω εὐανθὴς καὶ λευκή, ἔργον τῆς Ταραντίνης ἐργασίας, ὡς διαφαίνεσθαι τὸ σῶμα ....*

[18]) Pallium, *ἱμάτιον, τρίβων φοινικοῦς, ῥητορικός.* Qua de veste sophistarum propria eisque solis gerenda vid. Olympiod. F H G III 63, Agathias hist. II 29 p. 68 c, cf. Rhode, Griech. Roman 307 adn. 2, Philostr. vit. soph. 619, Cic. d. or. III 32, 127; Ath. V. 212 d de ornatu chlamydum.

[19]) cf. Quint. XI 3, 142 manus non impleatur anulis, praecipue medios articulos non transeuntibus.

[20]) Aristid. 28, 129 ed. Keil, Phot. vit. Dion. Prus. initio (pellis leonis), cf. Cresolli theatr. rhet. III 15[2].

Dicendi ars et oratores ipsi et ante et post Ch. n. in maxima fuere apud auditores gratia, cuius et conservandae et augendae studium sophistis haud minus inerat quam aliis artificibus[21]). De honoribus eis a regibus, civitatibus, oppidis habitis, de eorum pompa[22]), de plausibus acclamationibusque, de solemni victoris comitatu vide Cresolli l. c. I 8, III 20, IV 19.

5. de *ἐπινικίῳ* (*διὰ πάντων*).

Omnium titulorum agonisticorum saeculis II. et I. a. Ch. n. tribuendorum satisque integrorum in fine laudantur artifices qui vicerunt *τὸν ἐπινίκιον:* I G S 2727, 542, 543?, *[ἐπι]νίκιον* 2728, *ἐπινίκιον* 416, *ἐπινίκ[ια]* 1761, *ἐπινίκια* 1762, *τὰ ἐπινίκια* 3195, 3196, 3197. Item in extremis titulis p. Ch. n. incisis victores *διὰ πάντων* inscriptos reperimus[1]). Hic igitur artifex omnium, qui ludorum participes fuere, victor pronuntiatur.

Haec *διὰ πάντων* victoria quin eadem sit habenda atque illa de *ἐπινικίοις* dubitandum non est. Primum enim victores et *διὰ πάντων* et de *ἐπινικίοις* semper in fine catalogorum laudantur[2]). Deinde et p. Ch. n. *διὰ πάντων* et a. Ch. n. de *ἐπινικίοις* artifices diversissimi vicerunt: Museis II. p. Ch. n. saeculo Eumaron *ποιητὴς προσοδίου* I G S 1773 v. 7; saeculo III. p. Ch. n. M. Aurelius Septimius Nemesianus Antigenides *κύκλιος αὐλητής* I G S 1776 v. 23, cf. C I G 2810; T. Aelius Aurelianus Theodotus *πυθαύλης* et *χοραύλης* p. Ch. n. C I G 1720; a. Ch. n. Museis Epicrates citharoedus I G S 1762, Homolois? Ergeas *αὐλητής* I G S 3196, Sarapieis Mnesilaus *κιθαριστής* I G S 542, Soteriis Acraeph. Protarchus *κωμῳδιῶν ποιητής* I G S 2727, Homolois Alexander *κωμῳδιῶν ποιητής* I G S 3197, Charitesiis Euarchus *κωμῳδός* I G S 3195, Amphiaraeis Epinicus *τραγῳδός* I G S 416.

---

21) Apuleius Flor. I 46; Philostr. vit. Polemon. 535, Hadrian. 589, Ath. V 212 c, Aristid. or. 51, 40.

22) Hadr. Tyr. *ἐπ' ἀργυροχαλίνου ὀχήματος* Philostr. vit. Hadr. 587.

1) I G S 1773, 1776, C I G 2758, 1720 *καὶ τὸν διὰ πάντων* scil. *ἀγῶνα;* ceterum iam apud Cratin. frg. 157 ed. Kock, apud Platonem de re publ. 580 B, cf. *ἐξ ἁπάντων* ludis gymnicis a. Ch. n. I G S 414. *κατὰ πάντων* C I G 2810; cf. C I L VI 2, 10/14 coronatus adversus omnes scaenicos artifices.

2) cf. I G S 1761, 1762, 3195, 416, 542, 2727 a. Ch. n., 1773, 1776 C I G 2758 col. I IV V p. Ch. n.

Quaestio nunc exsistit alia, utrum proprium quoddam certamen de epiniciis in fine ludorum gestum sit an iudices iam ipsis ludis procedentibus de eis diiudicaverint. Atque priorem sententiam rectiorem habeo, quod verbum *ἀγών* supplendum esse ad *τὸν ἐπινίκιον*, *τὸν διὰ πάντων* apertum est, praesertim vero quod in titulo I G S 3195 *τὰ ἐπινίκια* reportasse laudatur Euarchus Coronensis *κωμῳδός*, qui eodem anno Charitesiis comoedorum certamen non inierat, certe victor comoedorum in catalogo non nominatur; neque enim eum actorum certamine victum tamen de epiniciis vicisse probabile est. *ἀγών* igitur *ἐπινίκιος* proprius erat agon et commissus est extremis ludis musicis.

Accedit quod victores modo singulorum certaminum aliique interdum artifices, qui inter celeberrimos notissimosque fuerunt[3]), huius agonis epinicii participes fuere: ex decem[4]) enim, qui fere integri extant catalogis — eis annumeratis qui ad aevum imperatorum pertinent —, non minus novem victorem epiniciorum iam antea in eorum numero afferunt, qui singulorum certaminum victores exstiterunt. Ergo re vera non inter omnes, sed certatum est de epiniciis inter victores modo eiusdem vel aliorum certaminum (ex. gr. Euarchus I G S 3195); victor autem victorum sane *διὰ πάντων* vicit.

Qui agon qua fuerit ratione institutus peractusque obscurum est. Quod artifices tam diversi[5]) eum inierunt viceruntque Mie (Agonistica 58 sq.) et Liermann (Analecta 176) ad falsam illam deduxit sententiam, *τὸ ἐπινίκιον* iudicium fuisse de artificibus diversas artes professis; omnes enim vel plerosque technitas variis in artificiis instructos fuisse sumendum esset. At re vera artifices variis disciplinis musicis eruditos haud ita multos invenimus. Neque idem argumentum omnibus his artificibus ad hoc certamen admissis decertandum propositum fuisse credo. Lüders (Dionys. Künstl. 127) titulis Orchomeniis I G S 3195 et 3197[6]) deductus victores *κῶμον ἐπινίκιον* totius agonis musici recitasse coniecit eaedemque inscriptiones de Jan (Zürcher Philologvers. 1887, 86 sq., vid. cap. III, p. 22)

[3]) Ex. gr. Euarchus victor Museis I G S 1760 Amphiaraeis I G S 417.

[4]) Decimus I G S 3195.

[5]) Praecones tubicinesque admissi non esse videntur.

[6]) 3195: *τὰ ἐπινίκια κωμαϜυδός* Euarchus, 3197: *τὰ ἐπινίκια κωμῳδιῶν ποιητής* . . .

etiam in errorem abduxerunt. Ἐπινικίου enim victoris artificium (κωμῳδιῶν ποιητής, κωμῳδός) eo certe, quod ex einsdem agonis titulo cognosci non posset, deinde quod suo profecto artificio technitae certamen de epiniciis iniissent appositum esse liquet.

Artifices igitur hoc in extremo certamine suas artes demonstrantes quae quisque pulcherrima sciret recitaverunt, cantaverunt, egerunt atque qui maxime placuisset τὰ ἐπινίκια obtinuit.

Praemium, de quo solis catalogis Aphrodisiensibus certiores facti sumus, διὰ πάντων victori Aphrodisiae mediocre quoddam, sed pro ludorum apparatu variae magnitudinis propositum erat: C I G 2758 A II 200, B II 1000, G et F II 500 denarii. Minime igitur, qui διὰ πάντων vicit, maximum certaminis, sed minus cepit pretium quasi honorarium.

6. de κήρυξιν.

Praeconum certamen recens, antiquum autem eorum officium ludos enuntiandi cf. Od. α 153, ϑ 47, 62, Il. Ψ 568. Praeconum erat initium finemque ludorum indicere (Liv. 33, 32. Bergk P L G III carm. pop. 14—16), silentium imperare [Poll. IV 91, Eurip. Heracl. 960, postea tubicinum (Liv. l. c.), quo ex tempore ignoratur, fortasse iam Archiae Hyblensis tempoiibus (saeculo IV. a. Ch. n. cf. Poll. IV 92)], tuba signo dato artifices evocare[1], quae quisque cantaturus sit (Suet. v. Neron. 21) victorumque nomen et patriam pronuntiare (Cic. ad. fam. V 12, 8, Plut. v. Lysand. 18, Verg. Aen. V 245), victoribus denique coronas imponere[2]).

Certamen primum quod quidem sciamus initio saeculo IV. a. Ch. n. Olympiae — ara in stadii aditu posita certantibus reservata erat (Paus. V 22, 1) — institutum est (Euseb. chron. Ol. 96 (a. 396), cuius primo non nisi indigenae participes fuerunt (Poll. IV 92); primum victorem Eusebius Craten Eleum laudat. Saeculo IV.[3]) procedente peregrini quoque admissi

---

1) cf. ad haec Poll. IV 87.

2) Cic. l. c. atque ludis musicis praecones qui vicissent, ipsi se victores esse praedicabant (cf. Suet. v. Neron. 24), cum praecones ludorum gymnicorum, si ipsi corona donati essent, alium praeconem adhiberent, ne sua voce ipsi se victores esse praedicarent.

3) cf. Förster, olymp. Sieger, Zwickau 1891 n. 351, Kaibel EG 938 [Phorystas saec. IV. vixit].

sunt, quorum primus et ter continuo victor erat Archias Hybleensis (Poll. l. c.). Delphis etiam saeculo IV. — utrum hoc ipso saeculo institutus sit an iam antea nescitur — hic agon editus est (Archias *Πυθιονίκης;* num vero cum agone musico coniunctus iam fuerit, dubium est; Soteriis Delphicis III. saeculo a. Ch. n. praecones non certaverunt. Praeter Olympia Pythiaque neque saeculo IV.[4]) neque III. ludos cognitos habemus quibus certamina praeconia commissa sint.

Thymelica facta initioque ludorum [plerumque post tubicines] commissa sunt eorum certamina altero demum ut videtur saeculo (B C H XIX 336 (Musea), Journ. of hell. stud. VII 148 Samos); saeculo I. vero imperatorumque aetate neque Graecorum neque Romanorum ludis afuisse videntur[5]).

Qua in re praecones certaverint, non sat aperte dilucideque nobis tradit Pollux IV 91: *εἰς δὲ φιλοτιμίαν τῶν ἐπ᾽ αὐτῷ προελθόντων οἵ τε καλούμενοι πόδες συνετέθησαν ἔλεγχον ἔχοντες εἰς μῆκος πνεύματος καὶ ἡ τῶν περὶ τοὺς νεὼς οἰκοδομημάτων ἔκδοσις σαφηνείας τινος δεομένη.* cf. Galen. epid. 6 (9, 501). Praeter vocis igitur vim[6]) explanatamque verborum pronuntiationem magnum attulit momentum *μῆκος πνεύματος* i. e. verba quam plurima uno spiritu dicendi facultas (cf. Poll. IV 94), quam ad metiendam ignota quaedam aedificiorum locatio longa a praeconibus continuata voce recitata esse videtur.

De ornatu nil traditum invenimus; *κηρύκεια* aurea gesserunt in pompa Alexandrina Ath. V 198 a.

Praeconium ex Aphrodisiensibus titulis cognitum inter minima fuisse [C I G 2758 A I 150, C I et II 500 denarii] non miramur, cum neque certamen hoc auditoribus delectationem praebuerit artemve magnam exegerit neque ipsi in honore dignitateque fuerint eximia[7]).

---

[4]) Cui sit tribuendus saeculo titulus C I A II 814 b incertum.

[5]) C I A III 1, 120, 129, Senec. epist. 76, Suet. v. Neron. 24; sine tubicinibus C I A III 1147/8.

[6]) Ne venae os adaperiretur collum *ἀναδείγματι* munierunt. Archias Hybleensis eo non usus est (Poll. l. c.).

[7]) U. de Wilamowitz, Heracl. II 122, 18. Valerius Eclectus Sinopensis , *κῆρυξ διπεριόδος,* victor ludis in honorem millesimi ab urbe condita anni Romae celebratis (a. 248 p. Ch. n.) aureo praeconio *μόνος καὶ πρῶτος ἀπ᾽ αἰῶνος* donatus est C I A III 1, 129.

7. de *κιθαρισταῖς*.

Citharistarum primum institutum invenimus agonem Pythiis a. 558 a. Ch. n. Agelao victore[1]). Sub eiusdem fortasse saeculi finem (Plut. v. Themist. 5, cf. Reisch, d. gr. cert. 16), certe saeculo V. Athenis (Plut. v. Per. 13), IV. etiam Oropi (IGS 414). Sicyone, Abderis (Ath. VIII 351 f. 349 b Stratonicus. et citharistes et citharoedus dicitur), Rhodi (l. c., 350 b), Corinthi (l. c.), Epidauri? (Platon. Jon. init.), Deli (BCH III 170 *κιθ[αριστάς]*) Samique (Plut. v. Lys. 18) in insulis, Byzanti (Ath. VIII 350 b). Ephesi (l. c. 349 f), Mylasae (l. c. 348 d), Pellae (l. c. 348 e), Cypri (l. c. 352 d) in certamen descendisse videntur.

In theatra fidicines altera IV. saeculi a. Ch. n. parte processisse probabile est (cf. l. c., 350 b); saeculo III. eos Museorum *θυμελικῷ* certasse docet titulus BCH XIX 314 cf. 333. Omnes enumerare ludos, quibus ante et p. Ch. n.[2]), agonibus thymelicis latius latiusque diffusis, longum habeo.

De citharistarum inter se certantium cantibus haud ita multa ad nos pervenerunt. Quod Satyrus tibicen agone gymnico peracto in stadio Pythico *κιθάρισμα* ex Euripidis Bacchis sua sponte addidit, quod sane tibia cantavit (BCH XVIII 85). Stesandrum Samium cithara pugnas Homericas interpretatum esse (Menaechmus ap. Ath. XIV 638 a), Dionem Chium primum *τὸν τοῦ Διονύσου σπονδεῖον*, de quo nil amplius compertum, *κιθαρίσαι* ferunt l. c. Ut vero tibicines, auloedi,

---

1) Paus. X 7, 4. cf. arg. Pind. Pyth. Strabonis (cuius auctor Timosthenes cf. Guhrauer, pyth. Nomos p. 316) verba IX 3, 10 minus accurata sunt. Plut. mor. 674 d de tribus *καθεστῶσι ἀπ' ἀρχῆς αὐληταῖς, κιθαρισταῖς καὶ κιθαρῳδοῖς* verba faciens in universum antiquiores agones recentioribus Pythiis actis (ex. gr. scaenicis) opponit. cf. Reisch, Pauly-Wissowa 854.

2) In titulis imperatorum aetatis etiam *ψιλοκιθαρεύς*: CIG 2759 legimus. Quo nomine non alium artificem significari manifestum. IV. saeculo a. Ch. n. iam scriptores artem citharisticam a citharoedica distingentes *ψιλὴν* illam nominaverunt: Plato leg. II 582, 669 D, cf. Diod. III 59, Philochorus ap. Ath. XIV 638 a; cf. Poll. IV 66. Verbum autem compositum *ψιλοκιθαρεύς, ψιλοκιθάρισις* a. Ch. n. omnino non, p. Ch. n. non ubique usitatum erat cf. Ptoa *ψειλὸς κιθαριστής* IG, S 4151. Musea IGS 1773, BCH XIX 344; *πυθικὸς κιθαριστής* IG, S 1776, quod hoc solo loco repertum lapicidae forsitan *πυθικὸν αὐλητήν* mente tenentis socordia incisum est. apud Romanos psilocitharistes Suet. v. Dom. 4, CIL VI 2, 10140 *ψιλὴ κιθάρισις = μέλος καὶ ῥυθμὸς ἄνευ ῥημάτων* Plato leg. l. c.

citharoedi, sic etiam fidicines imprimis nomos cecinisse scimus, quorum Pollux IV 66 sex nobis tradidit nomina, tria a deis, quos celebrasse videntur, tria a numeris modisve denominata: *ἴαμβοι*[3]) et *παριαμβίδες*[4]), de quibus alio loco. IV 84 dicit: *νόμοι κιθαριστήριοι, οἷς καὶ προσηύλουν;* non igitur cantus mere citharistici, sed potius illius fuerunt generis, quod *ἔναυλον* vocabant *κιθάρισιν* ab Epigoni Ambraciotae discipulis primum exercitatam, a Lysandro Sicyonio perfectam excultamque, ad quam canendam tibia quae dicitur *κιθαριστήριος*, usi sunt (Ath. XIV 637 f); deinde *ἰαμβίδες* (quae tria forsitan unius nomi sunt nomina), *Διός*, *Ἀθηνᾶς*[5]), denique *Ἀπόλλωνος*, quem melius Strabonis verbis IX 3, 10[6]) cognoscimus. Verbum *ἀποδώσοντας* non solum ad *αὐλητάς* — si ad unum solum, potius ad *κιθάρισιν* quam ad *αὔλησιν* respicere concedas — sed etiam ad *κιθαριστὴν* referendum esse recte iam Guhrauer, pyth. Nomos p. 317 iudicavit. Pythiis igitur etiam *κιθαρισταὶ* Apollinis cum dracone pugnam cithara celebraverunt[7]). Fieri quidem potest, ut tibicinum citharistarumque nomi Pythici partes nominibus vocatae sint tam similibus, ut Strabo vel eius auctor sive ignorantia sive neglegentia seu breviloquentia ea confuderit (cf. Guhrauer l. c. p. 324 sq.); quo facto nomina partium Pythici auletarum nomi discrepare cum eis, quae Poll. IV 84 enumerat, mirum non est; ceterum citharistarum nomon Pythicum auletici imitationem fuisse haud improbabile est.

---

[3]) cf. nomon tibicinum *ἴαμβον*.

[4]) cf. Ath. IV 183 c, Epicharmus in Perialto *καὶ ὑπάδει σφιν σοφὸς κιθάρᾳ παριαμβίδας.*

[5]) cf. Dio Prus. 13, 19 ed. Arn. *οἳ ἂν ἱκανῶς κιθαρίσωσι Παλλάδα περσέπολιν δεινάν.* Nomi *Ἀθηνᾶς ὄρθιοι* fuisse videntur cf. Suidas s. v. Timotheus; Dio Prus. *λόγος ὄρθιος ὁ τῆς Ἀθηνᾶς ἐπικαλούμενος νόμος.*

[6]) *προσέθεσαν δὲ τοῖς κιθαρῳδοῖς αὐλητάς τε καὶ κιθαριστὰς χωρὶς ᾠδῆς ἀποδώσοντάς τι μέλος, ὃ καλεῖται νόμος Πυθικός. πέντε δὲ αὐτοῦ μέρη ἐστίν, ἄγκρουσις, ἄμπειρα, κατακελευσμός, ἴαμβοι καὶ δάκτυλοι, σύριγγες ..... βούλεται δὲ τὸν ἀγῶνα τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν πρὸς τὸν δράκοντα διὰ τοῦ μέλους ὑμνεῖν, ἄγκρουσις μὲν τὸ προοίμιον δηλῶν, ἄμπειρα δὲ τὴν πρώτην κατάπειραν τοῦ ἀγῶνος, κατακελευσμὸς δὲ αὐτὸν τὸν ἀγῶνα, ἴαμβος δὲ καὶ δάκτυλος τὸν ἐπιπαιανισμὸν τὸν [γινόμενον] ἐπὶ τῇ νίκῃ μετὰ τοιούτων ῥυθμῶν, ὧν ὁ μὲν ὕμνοις ἐστὶν οἰκεῖος, ὁ δὲ ἴαμβος κακισμοῖς, σύριγγες δὲ τὴν ἔκλειψιν τοῦ θηρίου, μιμουμένων ὡς ἂν καταστρέφοντος ἐσχάτους τινὸς συριγμούς.*

[7]) cf. nomen citharae psilocitharistarum *τὸ Πυθικόν*, Poll. IV 66.

Fidicinum organum, quod primis profecto temporibus a citharoedorum neque forma (quadrata ex Cepione, Plut. mus. 6) neque nervorum numero neque modo quo usi sunt distabat, paulatim mutatum esse facile intellegas. Quod primus fecisse dicitur Lysander Sicyonius[8]), qui sonorum brevitatem citharae adhuc propriam. ab arte autem citharistica alienam corrigere et emendare conatus [*περιελὼν τὴν συντομίαν τὴν ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς ψιλοκιθαρισταῖς*] longis i. e. longioribus citharam intendendo nervis [*μακροὺς τοὺς τόνους ἐντείνας*] et ita ut videtur citharam ipsam longiorem construendo [*ὄργανον μετέλαβεν μόνος τῶν πρὸ αὐτοῦ*] eius sonos graviores diutiusque resonantes fecit [*τὴν φωνὴν εὔογκον ποιήσας*]. Chordarum numerum eum auxisse non legimus; quod factum esse videtur saeculo V. vel IV. celebratorum artificum musicorum aetate.

Aetate haud minus incognita ratio quoque fidibus canendi plectro dimisso mutata est. Juba enim (ap. Ath. V 183 d) Epigonum Ambracioten epigonei inventorem *μουσικώτατον ὄντα κατὰ χεῖρα δίχα πλήκτρου ψῆλαι* tradit. Quae tamen ad artem citharisticam referenda esse minime constat, cum de cithara hoc loco non agatur. Stratonici quidem aetate citharistae plectro usi sunt (Ath. VIII 350 c). Aevo autem imperatorum nervos solis digitis tactos esse ex eo colligere possumus, quod psilocitharistarum organum etiam *δακτυλικόν* appellatum est[9]).

Citharae pretiosae exornatissimaeque fidicinibus sicuti citharoedis fuerunt; cf. Ath. V 202 a, Baumeister, Denkm. p. 1727.

Ornatum illius quo citharoedi induti erant, similem fuisse suspicandum. Purpureus eis erat chiton (*στατός*) alte lateque cinctus, coloribus variis pictus cf. tabulam Cyrenaicam; ornamenta supra cingulum temporum vi evanuisse non credibile, miro enim quodam casu factum esset. Immo citharistae vestitum paulo simpliciorem fuisse quam citharoedorum iure accipiemus. De chlamydis coronaeque aureae (tab. Cyr., Ath. V 202 a) ornatu nil compertum.

---

8) Philoch. ap. Ath. XIV 637 f, 638 a *πρῶτος μετέστησε τὴν ψιλοκιθαριστικήν*. vixit ante 558. cf. Jan, Baumeister Denkm. p. 1542; primus etiam fuit chorocitharistes ut ita dicam: Ath. 638 a; itaque fieri potest, ut citharam modo, qua choris concinebat, amplificaverit. cf. tabulam Cyrenaicam.

9) Poll. IV 66; cf. fidicinem alterum in tab. Cyrenaic. sine plectro canentem.

Ars citharistica citharoedia minoris aestimata est[10]). Praemia ceperunt et ante et post Ch. n. citharoedorum multo minora. Athenis saeculo IV. a. Ch. n. [C I A II 965 a] victori 500 drachmae coronaque, quae 300 dr. stetit, Aphrodisiae p. Ch. n. (C I G 2759) 1000 denarii; secundo Panathenaeis 400 vel 300 dr. Lysimacheis 350 den. Liermanni de sententia, quam rectam habeo, quod secundo artifici pretia multo minora data sunt[11]); tertio Athenis 100[12]) vel 200 dr. propositae sunt.

8. de κιθαρῳδοῖς.

Artis citharoedicae, antiquissimae artium Graecarum proprie musicarum[1]) patria Lesbus (Terpander Terpandridaeque) et Delphi. Citharoedorum agon Pythiis ἀπ' ἀρχῆς actus est[2]), Carneis ab a. 676 a. Ch. n. (Terpander primus victor[3]); saeculis VI. et V. insuper Athenis[4]) et Sami (Plut. v. Lysand. 18); IV. etiam Corinthi, Sicyone (Ath. VIII 350 b), Oropi (I G S 414), Epidauri, Rhodi (Helieis), Hecatombaeis, Isthmiis, Basileis Alexandriae et in Macedonia celebratis (C I A II 1367) aliisque

---

10) cf. fabulam de certamine Apollinis Marsyaeque Diod. III 59, 2.

11) cf. choraulae victori 1500 den, alteri 500, vict. chorocithar. 1500 alt. 500, vict. pythaul. 1400, alt. 400, vict. comoed. 1600, alt. 500, vict. tragoed. 2700, alt. 800.

12) Minimum 300 Boeckh, Staatshaush. d. Ath. I 299.

1) Il. Σ 570 παῖς φόρμιγγι λιγείῃ ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ'ὑπὸ καλὸν ἄειδεν κτλ.

2) Paus. X 7, 4; Bergk, Griech. Litteraturgesch. II 148[132]: Terpandri temporibus institutus, sed iam ante a. 676 a. Ch. n.; aliter Flach, Griech. Lyrik 88. Terpander quater continuo vicisse fertur Plut. mus. 5. Alii citharoedi Pythionicae: Cephallen a. 586 (Paus. l. c.), Execestides saec. V. (schol. Aristoph. av. 11), Aristonus saec. V. (sexies, Plut. Lys. 18), Nicocles Tarentinus saec. IV. (sexies C I A II 1367), Pylades Megalopolitanus saec. II. (Paus. VIII 50, 3); cf. B C H VIII 97, Plut. mor. 674 D, C I G 3208 p. Ch. n.

3) Sosib. π. χρόνων et Hellanic. Καρνεον. ap. Ath. XIV 635 e, Plut. mus. 3; alii citharoedi Carneonicae: Pericletus (Plut. mus. 6), Execestides (schol. Arist. l. c.).

4) C I A I 357, fortasse certantes saec. VI. (Reisch l. c. 16) prodierunt. Primus tamen citharoedus, quem Panathenaeorum victorem comperimus Phrynis fuit (schol. Aristoph nub. 971, cf. Suid. s. v. Phr.) archonte Callia (Breuer l. c. 19: Ol. 81, 1; Meier E et G III 10, 285: 83, 3 victoriam ita Pericle Panath. agonotheta reportatam faciens).

multis ludis (Plut. v. Alex. 4) eos certasse scimus. In theatra[5]) inter primos artifices mere musicos processerunt, cf. Ath. VIII 350 b. Saec. III. et quae sequuntur a. Ch. n. haec certamina ubique fere[6]) habita sunt atque per aevum imperatorum ad usque Theodorici[7]) tempora conservata et exercitata reperimus[8]). Citharoedorum tibicinumque agones p. Ch. n. celeberrimos pervagatissimosque fuisse musicorum Dio Prus. VII 119[9]) et titulus C I G 3208 docent.

Vestem insignem[10]) citharoedi ludis canentes antiquis iam temporibus gesserunt i. e. chitona nullis[11]) vel brevibus[12]) ad cubitum maxime pertinentibus manicis instructum, discinctum, fortasse iam tum purpureum, ad pedes[13]) demissum (*ποδήρης, στατός, ὀρθοστάδιος*) plus minusve ornatum, simplicissimis picturis distinctum. Chlamyde nondum omnes usi esse videntur[14]); ubi gestatam[15]) videmus, amictum potius habe-

---

5) De loco, ex quo antea canebant, nil audimus; ex arae gradu id factum esse et rhapsodorum et sophistarum exempla probant, cf. ex. gr. Panofka, Bild. ant. Leb. 4, Ingh. vas. fitt, III 29 a, Mus. etr. Greg. II 60. Athenis eos in odeo cecinisse scimus (Hesych. s. v. *ᾠδεῖον*); primus in theatro prodiisse dicitur Stratonicus Atheniensis (Ath. VIII 350 b); alios cf. Plut. v. Philop. 11, p. Ch. Suet. v. Neron. 10, Tac. Ann. 16, 4, Martial IV 61, 9: de theatro, Pollione cantante, cum subito abires (a. 88 p. Ch.), Arrian Epict. II 13.

6) Omissa minoribus tantum ludis videmus (Deliis. B C H VII 106, 116, Serapieis I G S 542, Tamyneis *Εφ. ἀρχ.* 1869 l. c.), cuius rei causam praecipuam praemia citharoedis proponenda duco, quae minores et ad paupertatem adactae civitates parare non potuerunt.

7) cf. Ersch et Gruber, Encycl. s. v. Kitharoed. p. 323.

8) cf. Neronem citharoedulum Graeciam artis suae ostentandae gratia perlustrantem, ludis Graecorum certantem (Suet. v. Neron. 22), quem Romae homines feminaeque illustres imitati sunt, Dio Cass. 63, 21; Suet v. Domit. 4, tit. Museorum, Ptoorum, Aphrodis., B C H XVIII 97, C I G 2813, 3208, C I L VI 2, 10123/4 b/5, citharoeda l. c. 7286 (tit. Rom.), C I L X 6340 tit. Terracin., l. c. XII 1923 tit. Vienn.

9) *ἐν στενωποῖς, ἐν οἰκίαις, ἐν ἀγορᾷ παρὰ τὸ θέατρον, ἐν τῷ γυμνασίῳ δυναστεύει τὸ πρᾶγμα κιθαρῳδῶν.*

10) *στολὴ ἐκπρεπής, ἐναγώνιος κόσμος*, Plut. mor. 161.

11) ex. gr. Gerh. Vasenb. 1, 13, 32, 67, Ing. vas. fitt. I 96, vas. of brit. Mus. II 5.

12) brevissimas vid. Dict. des Antiq. 1216, Gerh. etr. camp. Vasenb. 3, Ing. v. fitt. III 299.

13) cf autem Helbig, hom. Ep. 175.

14) Mus. etr. Greg. II 60, 29, Panofka l. c. 4, Compte rendu 1875, 4.

15) saepe subdentatam vas. of brit. Mus. II 5, Gerh. Vasenb. 1, Ingh vas. fitt. I 96.

remus priori etiam corporis parti tegendae destinatum aut nodo aut fibula in dextro[16]) vel laevo[17]) umero consertum, cuius ornamenta interdum crebriora artificiusque depicta erant[18]). Quem citharoedorum ornatum temporibus procedentibus mutatum[19]), auctum, politum esse apparet; chiton purpureus[20]) *χειρίδωτος* cingulo exornato variaeque latitudinis alte cinctus[21]) multis in striis ad pedes dependebat, auro aliisque coloribus[22]), ornamentis variis[23]) picturisque [stellis[24]), frondibus[25]), punctis (vas Canosanum)] intextis. Chlamys fortasse purpurea[26]) picturis chitone minus ut videtur exornata [cf. vasorum picturas; Neronis tamen stellis aureis distincta[27])] fibulis[28]) aut sub mento conserta[29]) aut umeris annexa[30]) in tergo mox ad genua mox

---

16) Compte rendu 1876, 108, Ingh. l. c. III 290, 299, Gerh. Vasenb. 17, 30, 39, Mus. etr. Greg. II 23, Annali del Inst. di corr. arch. 1840, 12, 256, Helbig l. c. 175.

17) Gerh. Vasenb. 1, 13, 23, 314, Dict. des Ant. 1216, Mus. etr. Greg. II 32, Ingh. l. c. I 96, vas. of Brit. Mus II 5, Mon. d. Inst. VI 58.

18) Gerh. Vasenb. 314, Helbig l. c. 175, Dict. des Ant. 1216, Gerh. etr. camp. Vasenb. 3.

19) de hac vestis mutatione picturis patefacta vid. Stephani Compte rendu 1876, 108 sq.

20) Suet. v. Neron. 25.

21) Fascias supinus pectore decussatas vid. Mon. inediti VIII 9.

22) Luc. l. c. *ἐσθὴς χρυσόπαστος ..... εἰσέρχεται περιλαμπόμενος τῷ χρυσίῳ καὶ ἡ πορφύρα δὲ ἐνέτρεπε τῆς ἐσθῆτος ἡ μεταξὺ τοῦ χρυσίου διεφαίνετο;* Apul. Flor. 15 tunica picturis variegata.

23) Poll. VII 55 *ζῶα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα;* chiton *κατάστικτος, ζωωτός, ζωδιωτός* [tamen etiam hominum figuris intextus ita nominatus est] appellabatur. chitonis *ζωδ.* exemplum vid crater. Cap. arch. Jahrb. 9 T. 2. Ornamenta praecipue infima veste, supra infraque cingulum, circum collum, manicis extremis; latos clavos directos ante pectus vid. vas Canos. Benndorf T. 40, röm. Mitteil. III 9, Millingen 29; in lateribus decurrentes vid. Mon. d. Inst. VIII 43¹.

24) Mon. d. Inst. VIII 9, Mus. etr. Greg. II 59, Gerh. ant. Bildw. 27, Ingh. l. c. IV 326.

25) cf. röm. Mitteil. III 9.

26) cf. auctorem ad Herenn. IV 47, 60 palla purpurea; Ovid. Metam. 11, 166 Tyrio saturata murice palla; amores I 8, 59 palla aurea.

27) Suet. v. Neron. 25, cf. chlamyda Demetr. Poliorc. Ath. VIII 535 f.

28) *ἐπιπορπίς* Apollinis aurea dicta Call. hym. in Ap. 32.

29) Arch. Ztg. 1843 T. 11, Mon. ined. VIII 9, Gerh. ant. Bildw. 27, Benndorf l. c. 40.

30) Vas Canos., Ingh. l. c. IV 326, Mon. d. Inst. IV 42, Millingen 29, tab. Cyren., Apoll. Palat.; incertum Mon. d. Inst. 8, 43², Compte rendu 1875, 95.

adusque pedes defluit. Num citharoedi in certaminibus eiusmodi umquam veste usi sint, quam Dict. des Ant. p. 1217 videmus, in medio relinquam[31]).

Aureas praeterea coronas laureas (vid. tab. Cyren.; vetustioribus picturis saepe non appictae) fructuum loco interdum gemmis eiusdem magnitudinis insertis gestabant[32]).

Citharam testudine primum confectam Cepion Terpandri discipulus in formam magis quadratam redegisse fertur[33]). Nervorum primum erant septem[34]), alio auctore (Strabo p. 618) quatuor, tribus aliis a Terpandro[35]) adiectis. Septem Asias (Eur. Cycl. 443, Plut. mus. 6) retinuit chordas ad Terpandridae Aristoclidis Antissaei, Phrynidis magistri (schol. Aristoph. nub. 971) tempora[36]), qui duas alias addidisse videtur[37]). Duodecim denique intendere coeperunt saeculo V[38]).

Cithara laeva parte et primum, quamdiu sat levis fuit, laevo solo brachio strictim sustenta est (Gerh. Vasenb. 16); postea, cum cithara amplificata eiusque pondus auctum esset brachi onus levatum est vinculo acu picto laevae parti primae palmae circumiecto alligatoque latere exteriore cornus a corpore aversi[39]). Citharoedos omnes, cum fidibus canerent, hoc vinculum solvisse de

31) Saglio, Dict. d. Ant. I² 1216 cf. tibicinem.

32) Auct. ad Herenn. l. c. corona magna fulgentibus gemmis illuminata. Luc. adv. ind. 8 *στέφανος δάφνης χρυσῆς κάλλιστον ὡς ἀντὶ καρποῦ τῆς δάφνης σμαράγδους εἶναι ἰσομεγέθεις τῷ καρπῷ.* Nero *τὴν κεφαλὴν κομῶντα, τὸ γένειον ψιλιζόμενον* prodiisse fertur Xiphil. vit. Ner. cf. citharoedos imberbos in picturis recentioribus.

33) Ceterum de formis cf. Jahn, E et G sub. cith., Progr. d. Gymn. z Saargemünd 1882; plane quadratam vides demum citharam Apollinis Palatini, citharoedi in tabula Cyrenaica.

34) Hymn. Hom. in Herm., cf. Verg. Aen. VI 646

35) Bene de organis merito (Pind. frg. 125 B⁴) emendatoreque fortasse citharae.

36) Plut. mus. 30; citharae pleraeque depictae 7, paucae, errore ut videtur indiligentiave pictoris 5, vel 6 vel 8 chordas habent.

37) 8: Gerh. Vasenb. 37, Helbig, Wandgem. z Pomp. 18, vas Canos. Benndorf 40; 9: M. d. Inst. 12, 22, Helbig. l. c. 10; 10: M. d. Inst. VIII 9, Röm. Mitteil. III 9.

38) Melanippides (Plut. mus. 30), Phrynis (Procles ap. Phot. bibl. 239 p. 320 Bekk.) 11: Millingen 29; 12: M. d. Inst. 1847 IV 42, tab. Cyr. prior artifex musicus.

39) Helbig, hom. Epos 175, Compte rendu 1875 T. 4, Milling. 17, Gerh. Vasenb. 13, 17, 78; de malleolo, ad quem alligatum erat, fimbriae dependebant; Helb. l. c., Millingen 29.

cithara (Welker, Alte Denkmäler II 37), haud ita verisimile[40]; nam ubi accuratius depictum est, ea ipsa est longitudine ut manus laeva citharam astringens in positionem „intus canendo“ idoneam venerit; omnino igitur, non solum quiescenti citharoedo ad citharam facilius gerendam servisse videtur. Cuius vinculi loco circa saeculum I. a. Ch. n.[41]) graviores quidem citharae balteo umero dextro imposito affixoque citharae parti corpori obversae gestae sunt[42]) atque citharoedos saepius, quam ex picturis concluderes, hoc balteo usos esse iure suspicamur eo, quod etiam caelatum esse scimus[43]).

E brachio laevo stragulum magnifice pictum dependens[44]) aulothecae a tibicinibus eodem brachio gestatae memoriam nobis affert. Fortasse autem ornationis solum augendae gratia portatum est[45]).

Citharae quoque ipsae magis magisque luxuriose ornatae sunt. Aurea iam dicta est Appollinis φόρμιγξ in hymno Homerico in Apollinem v. 185, cf. Ovid. am. I 8, 60 lyra inaurata; argenteum Achillis citharae iugum Il. IX 187. saec I. a. Ch. n. citharoedi citharis auro, ebore, testudine exornatissimis canebant[46]). Ad summum vero luxuriae gradum quod sciamus p. Ch. n. Tarentinus pervenerat Euangelus, qui cithara auro puro confecta scalptisque variis gemmis (smaragdis, beryllis, hyacinthis) distincta, in qua Apollon et Orpheus cum Musis incisi erant, canens eiectus est[47]).

Citharoedorum cantus dupplex, vocis et citharae, qua et ante et inter et post canticum ea ratione usi sunt, ut prooe-

---

[40]) cf. Stackelberg, Gräb. d. Hellenen 20, Mus. etr. Greg. II 59, Compte rendu 1875, 4.

[41]) Stephani, compte rendu 1876, 155.

[42]) Mus Burb. V 19, M. d. Inst. VI 18, 33, Apoll. Vatic, cf. Hesych.: κιθάρα ἡ τοῖς ὤμοις φερομένη.

[43]) Apul. Flor. 15 balteo caelato.

[44]) cf. Gerh. Vasenb. 23, vas. of brit. Mus. II 5, Ingh. l. c. III 299, M. d. Inst. I 3 T. 44.

[45]) Arch. Ztg. 1843, 11, Milling. 29, vas Canos., Mon. inediti 8, 9.

[46]) Auctor ad Herenn. l. c. exornatissimam auro et ebore distinctam; Tibull. III 4, 37 artis opus rarae fulgens testudine et auro. Ovid. Met. 11, 169 gemmis et dentibus Indis instructam.

[47]) Luc. adv. ind. 81, cf. pegasum in cithara Gazette arch. II 1876 Pl. 2; citharam exornatissimam vid. Röm. Mitteil. III 9, Gerh. Denkm. und Forschgen 1858 T. 115.

mia, embolia, exodia plectro[48]) manu dextra gesto canerent[49]), chordis autem manu laeva tractis vocis sonos iungerent (ψάλλω. „intus cano“). Cuius de rationis canendi mutatione pauca nobis nota. Quintilianus[50]) enim citharoedos, cum vox in cantico interquieverit, et dextra et laeva cecinisse et Lucianus[51]) fidibus plectro i. e. manu dextra percussis vocem iunctam esse dicunt. Quarum mutationum neque tempus neque auctorem neque picturarum testimonia certa cognovimus.

Cum Terpandri temporibus cithara eosdem ac voce cecinissent sonos, Archilochus alios canendi morem ex arte auletica in citharoediam deduxisse dicitur (Plut. mus. 28).

Praeter artificium cithara canendi magni fuit momenti vocis suavitas, elegantia, vis[52]), quibus parcendis, conservandis, augendis citharoedi omne et cautionis et subsidii genus adhibuerunt[53]). Nero qui non sine causa voculae suae consuluit, chartam insuper plumbeam supinus pectore sustinuit, clystere vomituque purgatus est atque pomis cibisque officientibus abstinuit (Suet. v. Neron. 20). De legibus in certando vid Tac. Annal. XVI 4: . . . ingreditur (Nero) theatrum, cunctis citharae legibus obtemperans, ne fessus resideret, ne sudorem nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret, ut nulla oris aut narium excrementa viserentur. Postremo flexus genu et coetum illum manu veneratus sententia iudicum opperiebatur ficto pavore . . . .; cf. Suet. v. Neron. 24: in certando vero ita legi oboediebat, ut numquam excreare ausus, sudorem quoque frontis brachio detergeret.

---

48) Prioribus quidem temporibus lino (recentioribus in picturis saepe omisso) ad citharam alligati, varia materia fabricati (aureum hym. Hom. in Ap. 185, eburneum Tib. III 39, Verg Aen. VI 647) plectri formae variae. Luxuriam in hoc quoque ostentatam vid. Röm. Mitteil. l. c.

49) Apul. Flor. 15; *κρέκω, κρούω, κιθαρίζω*, foris cano.

50) I 12, 3 an vero citharoedi non simul et memoriae et sono vocis et plurimis flexibus serviunt, cum interim alios nervos dextra percurrunt, alios laeva trahunt, continent, praebent ne pes quidem otiosus certam legem temporum servat, et haec pariter omnia; Ingh. l. c, IV 326, vas Canosanum.

51) Imag. 14 *ὁμοχρονεῖν τῇ γλώττῃ τὸ πλῆκτρον.*

52 Gal. *π. τ. πεπονθότων τόπων* 4, 13 *ἀγωνιζομένοις κιθαρῳδίαν ἡ ὀξεία καὶ μεγάλη φωνὴ διέρρηξεν ἀγγεῖα.*

53) Suet. v. Neron. 25. Servos *φωνασκικὸν ὄργανον* tenentes (cf. Plut. v. Tib. Gracch. 2) homines in tabula Cyrenaica citharoedo, citharistaeque appositos habeas.

Citharoediam *τέχνην μιμητικὴν* dicit Plato leg. II 764 initio musicusque vir Delius Phillis (Ath. I 21 f) veteres citharoedos *κινήσεις ἀπὸ μὲν τοῦ προσώπου μικρὰς φέρειν, ἀπὸ ποδῶν δὲ πλείους, ἐμβατηρίους καὶ χορευτικάς*[54]). Qua in re igitur nescimus quo tempore mutatio facta esse videtur, vultu corporisque gestu praecipue usitato.

Quod ad citharoedorum cantum pertinet, pauca comperta habemus. Solum citharoedici cantus genus, quod cognovimus, sunt nomi[55]), quos a Terpandro ad Neronem (Suet. v. Neron. 10), immo semper profecto cecinerunt. Terpandrum eos excoluisse, nomina eis imposuisse[56]) *Αἰόλιον, Βοιώτιον* (cf. schol. Aristoph. Ach. 13), *Τερπάνδρειον, Κηπίονα* (auloed. quoque), *τροχαῖον, ὀξὺν, τετραοίδιον*, quibus adserit Poll. IV 65 *ὄρθιον*[57]), septem denique nomi partes constituisse ferunt, quorum nomina Pollux IV 66 memoriae tradidit: *μέρη τοῦ κιθαρῳδικοῦ νόμου Τερπάνδρου κατανείμαντος ἑπτά· ἀρχά, μεταρχά, κατατροπά, μετακατατροπά, ὀμφαλός, σφραγίς, ἐπίλογος*[58]). Omphalo, nomi media parte principali continebatur enarratio[59]) fabulae delectae prout ludus nomique consilium postulabat (cf. Jüthner l. c. 12). Quem *ὀμφαλόν* duo partes bipertitae antecedunt,

---

[54]) Apollo Vaticanus, Ingh. l. c. IV 326, M. de Inst. IV 42, Compte rendu 1880, 6, Stackelb. l. c. 20, Mon. inediti VII 9, Milling. 29, Benndorf 40.

[55]) *νόμος* = lex moduli [Germanice Weise], canticum certa lege, certis modis compositum Plut. mus. 6.

De nomis cf. Juthner, Wienerstudien 14, 11, Reimann, Stud. z. griech. Musikgesch., d. Nomos, Prog. Ratibor 1882, Bergk L G I 211, Crusius, Philologenvers. 1887, 273.

[56]) Plut. mus. 3.

[57]) Quem Plutarchum fugisse vel ab eo omissum esse mirati nonnulli viri docti (ex. gr. Graf, Rh. M. 43, 514, Jan l. c. 77, Gevaert, hist. de la mus. II 317) *ὄρθιον* eundem atque *ὀξὺν* esse voluerunt. *νόμον ὄρθιον* Herod. I 24, *νόμον Πυθικὸν* Plut. mor. 161 b Ariona cantasse tradunt; qui nomus citharoedicus quamquam hoc solo loco laudatur, non addubitandus est. Citharoedos ab antiquissimis temporibus Delphis prodiisse notum est atque Apollinem eiusque gloriose facta, imprimis victoriam Pythicam eos celebrasse verisimillime est. Utrum vero Herodoto soli credendum an *νόμος ὄρθιος* et *Πυθικός* eiusdem nomi sint nomina in medio relinquam.

[58]) Westphali nominum mutatio transmutatioque (*προοίμιον, ἀρχά, κατατροπά, ὀμφαλός, μετακατατροπά, μεταρχά, σφραγίς, ἐπίλογος*) ab omnibus fere viris doctis iamiam relicta est.

[59]) cf. hymnos Homeri (maiores), Callimachi, Theocriti, Properti, Tibulli; Crus. l. c. 268.

in quibus haud raro deus invocatur: ἀρχά[60]) i. e. nomi exordium, cui addidamentum attulit μεταρχά cf. Crusius l. c. 268 sq. de prooemiis Terpandri vid. Crus. l. c. 261; prooemium, quod citharoedi nescimus quo ex tempore initio canebant, legitima citharoedici nomi pars non erat, ut ex Quint. IV 1, 2 apparet: „citharoedi pauca illa, quae, antequam legitimum certamen inchoent, emerendi favoris gratia canunt, prooenium nominaverunt“, cf. Cic. de orat. II 80, 225, Plat. leg. IV 722 D, Ath. VIII 350 a; κατατροπά, accuratius etiam μετακατατροπά[61]) ad fabulam in omphalo enarrandam spectaverunt. Jani sententia (l. c. 77) σφραγῖδι precationem contentam fuisse me non arridet, quamquam interdum probatam reperimus. Nomen enim huius quoque partis eis, quae continet, accommodatum esse exspectamus: σφραγίς scripti alicuius integritatem originemque testatur; id quod in poematibus nomen apponendo[62]) eoque factum est, quod poeta de se ipse verba fecit (Hom. hymn. in Ap. I 172). Posterioribus temporibus suas modo condiciones indicant[63]) vel pro se ipsi precantur (Call. hymn. 5, 6). Epilogo (bipertito interdum apud poetas hellenistica aetate florentes, cf. Crus. l. c.) precatio universa continetur.

Carminum argumenta citharoedi omnium temporum praecipue ex fabulis de deis heroibusque fictis deprompserunt primoque imprimis carminibus Homericis studuerunt (Plut. mus. 3, Ath. XIV 638 a). Citharoedi recentiores etiam res a maioribus gestas tractaverunt (Timothei „Persae“ Paus. VIII 50, 3, Plut. v. Philop 11). Ad Phrynidis tempora ars citharoedica simplex rectaque neque harmonia neque numeris immutatis remansit, nomis plerisque heroico metro compositis (Plut. mus. 4, 6, Proclus ap. Phot. l. c.). Quod metrum ita quasi lege postulatum sanctumque fuit, ut Timotheus primo quidem eius vim eludere ausus non esset. Phrynis vero Lesbius et Timotheus, recentioris artis citharoedicae patres, numerorum harmoniaeque simplicitatem adhuc usitatam neglegere coeperunt, nervorum numerum auxerunt, versus heroici loco metro soluto

60) Jan, Jahrb. l. c. 585 ἀρχά i. e. legitima dei invocatio.

61) cf. Tib. II 5, Prop. IV 6, Crus. l. c. 269.

62) cf. Theognis 19, 22, Alcm. frg. 25, Phocylid. Anthol. lyr. p. 46 sq.

63) Call. hym. I 86, Tib. III 7, 180, Prop. IV 6.

(μέτρῳ λελυμένῳ (Proclus l. c.) usi sunt, versuum harmoniaeque varietate cantum vegetantes. Nomus citharoedicus ita dithyrambi similis factus est [λέξις διθυραμβική]. Timotheum primum etiam nomos ἐν χορῷ i. e. dithyrambice cantasse[64]) tradit Clem. Alex. Strom. I 133.

Qui nomi recentiores invidioso veterum citharoedorum iudicio auditores delectandi magis pretiaque impetrandi studio quam arte rei digna compositi[65]), haud minus quam veteres in posterum valebant[66]). Celebrium autem μελοποιῶν veterum recentiorumque perpauca citharoedica ad nos pervenisse dolemus; cf. Timothei Persas, Semelae ὠδῖνα (Ath. VIII 352 c); num Niobe (cf. Suet. v. Neron. 21), Cyclops, Nautilus, Artemis citharoedici fuerint nomi incertum. Ceterorum virorum musicorum nil traditum est, quod aliquo iure ad nomos citharoedicos revocaremus.

Ludis et ante et post Ch. n. celebratis citharoedos cum vetera tum nova atque nova antiquo recentique modo composita cantasse prout ludorum institutiones postulabant vel potius citharoedorum studia inclinabant consentaneum est[67]).

I G S 2727 legimus κιθαρῳ[δῶν ἱ]ερός scil. ἀγών (cf. eodem titulo κωμῳδῶν ἱερός) nomine artificis omisso. Certamen igitur nescimus qua de causa non commissum videtur (cf. Keil ad Syll. VIII 60).

Citharoedi omnibus temporibus omnium artificum vere musicorum maximis honoribus et praemiis affecti sunt vid. Martial. III 57. Aristeas (apud Ath. XIV 623 d) Amoebeum antiquum, εἰ ἐξέλθοι ᾀσόμενος, talentum Atticum accepisse dicit. Athenis saeculo IV. a. Ch. n. victoribus corona 85 drachm. auri i. e. 1000 argenti data est C I A II 652 (anno 398/7) 659, 660 (anno 390/89), 667; in titulo C I A II 965 a

64) Cuius χοροκιθαρῳδίας ut ita dicam exemplum Odyss. θ 262, Il. Σ 570; alios citharoedos dithyrambis certantes ex. gr. C I A II 1367, Lüders l. c. 88 c, Lebas l. c. V 93.

65) Plut. mus. 10, 12. cf. 14[21] (Westphal).

66) Ath. XIV 638 c, Plut. v. Lyc. 28, v. Philop. 11, C I G 3053, Lebas-Waddington n. 81.

67) C I G 3053, Ath. XIV 638 c, hymn. Callim. (cuius h. εἰς Δῆλον Deliis certe cantatus est a citharoedo, cum neque poetae epici neque rhapsodi, ab a. 286, prodierunt). Timotheus, Theocritus, cf. Tib. I 7, II 5, Prop. IV 6, qui nomorum compositionem imitati sunt.

eiusdem aetatis victori coronam eiusdem pretii, insuper 500 (drachm. argenti[68]); secundo 700? ([ ] H H, Boeckh l. c. 1200) tertio 600, quarto 400? ([ ] H H), quinto 300 propositas esse legimus. Ludis quoque Aphrodisiensibus *ἄνδρες*[69]) *κιθαρῳδοί* maxima reportaverunt praemia: C I G 2758 col. I 500 denarios col. II victor 3250, alter 1000, col. IV et V victor 1500, alter 400.

9. de *ποιηταῖς ἐπῶν*.

Poetarum epicorum certamen antiquum (Plut. symp. V 2) cf. Hesiodum in insula Delo et cum Homero Chalcide (Ag. Hom. Hes. pg. 227 F, Hym. Hom. I 170) certantem, Archilochum Thaso in insula hymno in Cererem dicto victorem (schol. Aristoph. av. 1764). Saeculo V. a. Ch. n. Heraeis (Lysandreis) Samiis (Plut. v. Lysand. 18 Antimachus Colophonius et Niceratus Heracleotes), IV. Ephesi in honorem Dianae actum est, nisi potius ad encomia referendum. De Dion. Prus. loco[1]) *Διογ. ἢ π. ἀρετῆς* I 97 § 9 ed. Arnim cf. Reisch l. c. p. 53. Quo tempore *πάτριος* ille agon *τῶν ποιητῶν* Mytilenis (Plut v. Pomp. 42) et Smyrnae (Aristid. rhet. *ἱεροὶ λογ.* I 42) institutus sit, Amphiaraeisne[2]) hac aetate. Pythiis[3]), Epidauri (Asclepieis), Deli, ut paucos modo notioresque ludos enumerem, actus sit, in ambiguo relinquendum est. Inter artifices, qui ludorum Ecbatanis celebratorum participes fuerunt, poetae non commemorantur. Atque tum temporis poesi epica senescente epicorum agones minime floruisse haud mirum.

Circa a. 300 a. Ch. n. in theatris etiam certaverunt, I G S 1735 (Museis). Minime autem saeculis III. et II. (cf. Wesch.-Fouc. inscr. de Delph. 3—6, B C H XX 628, B C H VII 105

---

68) Boeckh Staatshaush. d. Ath. I 299 1500 cf. discrimen magnum inter pretia priori alterique Aphrodisiae data.

69) *παῖδες κιθαρῳδοί* hac demum aetate ad certamina admissi videntur (excipias titulos Chios C I G 2214 Teiosque C I G 3088 ad discipulorum examina pertinentes); Aphrodisiae C I G 2758 ei 150 denarii (totidem praeconi et tubicini), 2759 victori 750 (totidem encomiographo et poetae), alteri 250 dati sunt.

1) *περὶ τὸν νέων Ποσειδῶνος .... πολλῶν δὲ ποιητῶν ποιήματα ᾀδόντων.*

2) Tit. I G S 414 initio Reisch l. c. p. 58 supplendum coniecit *ἐπῶν ποιητής* et *ἐγκωμίῳ ἐπικῷ.*

3) Saeculo II. Nicander poeta epicus a Delphis honoratur Cauer del. 209.

sq.; Journ. of hell. stud. VII 148, B C H IX 147), sed I. demum *ἐπῶν ποιηταί* ad omnes fere ludos admissi videntur.

Imperatorum aevo non iam eodem agone duo poetarum diversa certamina, (*ἐπῶν ποιητῶν*[4]), *ἐγκωμίου ἐπικοῦ*), sed unum solum commissum esse verbis *ποίημα, ποιητής* indicatum supra monuimus pag. 35. Poematum Pythiis, Nemeis, Isthmiis (P. Stat. pater, silv. V III 3, 142 sq.), Athenis (C I A 1147/8), Aphrodisiae (C I G 2758/9) recitatorum genus obscurum est. Epicorum Graecorum certamina non abolevisse tit. C I A III 1020 docet. Ludis Romanis poetae non solum laudationibus, sed etiam carminibus certaverunt: Augustaliis P. Statius eiusque pater (silv. V 3, 225); Neroniis (Suet. v. Neron. 12, Tac. Ann. 16, 4 carmina Latina); Capetoliis primus coronatus est Collinus a. 86 p. Ch. n. (Martial. IV 54), a. 94 Qu. Sulpicius Maximus[5]), deinde Annius Florus[6]), P. Statius (silv. III 5, 31, V 3, 231 sq.), L. Valerius L. f. poeta Latinus (C I L IX 2860); Quinquatriis in Albano (Suet. v. Dom. 4).

Sed quotcumque poetae epici aetate hellenistica florentes eorumque opera operumve minimum tituli litterarum inscriptionumque monumentis nobis cogniti sunt, fato tamen ingrato factum est, ut epicorum victorum in catalogis laudatorum nil nisi nomina, de poetis carminibusque a rerum scriptoribus commemoratis rarissime, quibus festis recitavissent recitatave essent comperiremus. Apollonius Rhodius Argonautica *συντάξας ἐπιδείξασθαι* traditur (Susemihl, Gesch. d. Alex. Litt. I 384[52]), atque Nicandrum Anaxagorae f., si quidem Delphis prodiit[7]), eundem fuisse atque Nicandrum Colophonium Aetolicorum, Georgicorum, Colophoniacorum, aliorum carminum auctorem non constat.

Praeter Nicandrum in titulis hi nobis traduntur poetae epici: saec. III. et II. Heliodorus Antiochensis (B C H XIX

---

[4]) B C H XIV 192[1B] *ἐπικ[ὸς ποιητής]* Holleaux supplevit, non video quo iure, cf. pag. 28[10]; B C H XIV 191 (I G S 4151) *[πυθικῶν αὐλ]ηιῶν* supplendum probabile, vid. sub *πυθαύλη* pag. 61.

[5]) 11 annos natus, inter Graecos poetas 52 cum honore discessit. versus extemporales ei subiecti sunt; cf. I G S I 2012 *καίριον* 43 hexam. versuum, *τίσιν ἐν λόγοις χρήσαιτο Ζεὺς ἐπιτιμῶν Ἡλίῳ, ὅτι τὸ ἅρμα ἔδωκε Φαέθοντι.*

[6]) Florus, Vergilius orator an poeta p. 106, 13 ed. Halm.

[7]) Cauer del. l. c. (coronatur a Delphis).

333. cf. I G S 1762), Dioscurides (B C H XIX 334), Aristides Boeotius (I G S 1819), Artemidorus, Demarchus, Theogenes (B C H IX 132 (s. II. a. Ch. n.), saec. I. Aminias Thebanus (I G S 419, 3197), Agathocles Neapolitanus (l. c. 416), Apollonius Mallotes (l. c. 420), Chrysippus Acraephiensis (l. c. 4147), Democles Thebanus (I G S 4148), Athanias Tanagraeus (l. c. 540), Athenades Thebanus (l. c. 542), Diogenes Antiochensis (l. c. 3196), Dorotheus Chalcidensis (l. c. 543), Mestor Phocaeensis (l. c. 418, 1760), Mnesarchus (B C H XIX 338), Protogenes Thespiensis (I G S 2727); aetate vel genere incerti: Lycophron (C I G 245), Ovidianus (C I L XI 6127 poeta), M. Caecilius Novatillianus (C I L IX 1571/2, Benevent., poeta et orator), Nardu (l. c. X 1284), C. Concordius Syriacus (l. c. IX 1663 poeta latinus coronatus), Tib. Claudius Alexander Laodicensis (C I G 6829, Florent., *ποιητὴς καὶ τραγῳδός*, P. Aelius Pompeianus Tarsensis (B C H IX 124 a, Nysa, *ποιητὴς καὶ ῥαψῳδὸς καὶ μελοποιός*).

De poetarum vestitu paene nil compertum habemus. Vir iuxta tibicinem pulpito bigradato superstans chitone solo inornato ut videtur amictus (Panofka, Bild. ant. Leb. 4) poeta haberi potest. Alium laureatum virum sedentem et in volumine legentem, cuius vestis indiligenter depicta vel male conservata est, vid. Mon. d. Inst. XII 22.

Quanta poetae victores a. Ch. n. ceperint praemia nescimus; p. Ch. n. ludis *στεφανίταις* corona (Suet. v. Neron. 12) aurea Quinquatriis (Stat. silv. III 5, 28), querna ramuloque olivae Capetoliis (l. c. V 3, 231), laurea Pythiis (l. c. V 3, 142), palma Olympiis (Acro ad Hor. od. IV 2), apio Nemeis (Stat. l. c.), pinu Isthmiis l. c. coronati sunt. Ludis *ταλαντιαίοις*, Aphrodisiae C I G 2758, 200 denarii, C I G 2759, 750 (totidem encomiographo) propositi erant.

10. de *ποιηταῖς προσοδίων*.

Prosodiorum, quae primus poeta Tegeates Clonas condidisse dicitur (Plut. mus. 3), hymnorum in deos[1]) vel locos deo sacros[2]) ad tibiam (cf. Procl. l. c.), cum pompam ad locos

[1]) In homines: Demetr. Pol. Ath. 253 b.

[2]) In Delum Eumeli Paus. IV 33, 2, Pindari, Pronomi Paus. IX 12, 16, Amphiclis Rhenei B C H XIII 245; B C H VIII 345 sq. saec. II. a Ch. n.

sacros — quorum in numero etiam theatra habenda — ducebant, cantatorum certamen, quamquam omnibus ludis canta novaque omnibus temporibus contexta esse conicere liceret, sero, vix ante saeculum III. a. Ch. n. et rarissime institutum est. Quinque Delphicorum Soteriorum indicum unus (Wesch.-Fouc. 5) tres laudat poetas prosodiorum (Alexionem Sicyonium, Xenonem Corinthium, Dexinicum Sicyonium). Soteriis igitur hoc certamen certis temporibus interiectis (quinto quoque vel decimo anno) commissum esse videtur. Cur non initio, sed citharoedorum loco enumerentur, obscurum. Jan (l. c. 78, cf. Mommsen, Delph. 224) lapicidae fortasse non sine iure culpam attribuit. Praeterea solis Museis inde a saeculo II. ut videtur a. Ch. n.[3]) poetae prosodiis certabant[4]).

Utrum re vera in theatro ipso certaverint sive ipsis sive choris prosodia cantantibus, an prosodiorum novorum, quae a poetis cantanda contexta sint, ante ludorum diem optimum iudices elegerint an nova prosodia in pompa ipsa cantata sint nomenque poetae, cuius maxime placuerit prosodium, in victorum catalogo nominatus sit diiudicari nequit. Initio vero catalogorum propter poematum argumenta iure commemorati sunt.

De vestitu pretioque nil cognitum habemus.

11. de *πυθαύλαις*.

Inscriptiones agonisticae imperatorum aevo incisae omnes non *αὐλητής*, sed duo nova praebent nomina: sive *πυθαύλης* sive *πυθικὸς αὐλητής*. Quos inter artifices discrimen statuendum non est[1]), primum quod in nullo titulo agonistico uterque laudatur, deinde quod *πυθ]ικὸς αὐλητής* T. Aelius Aurelianus Theodotus *πυθαύλας* vicisse gloriatur C I G 1720, denique

[3]) B C H XIX 336; XXI 569; omissum I G S 1776 saec. III. p. Ch. n.

[4]) Amaeus Thess[al]on[icensis] B C H XIX 336, Thespiensis quidam l. c. XXI 569 saec. II. a. Ch. Bacchius Atheniensis I G S 17·0, Athenion Thespiensis B C H XIX 338 saec. I. a. Ch, Eumaron Thespiensis B C H XIX 342, I G S 1773, Antiphon Atheniensis I G S 1773 Vipsanius Philoxenu Thesp. B C H XIX 344, Callitychides Thebanus l. c.1 773 saec. II. p. Ch. Duo poetae inscripti sunt I G S 1773, B C H XIX 344 (etiam duo encomiographi), pares igitur fuisse videntur.

[1]) Jamot B C H XIX 364: flûte accompagnant les chœurs pythiques.

quod Hyginus fab. 273[2]), si recte simpliciterque eius verba interpretamur, tibicinem respexit, qui, sicut iam Timotheus, Phrynichus, Caphisias, Diophantus in nuptiis Alexandri, primum solus *τὸ Πυθικὸν ηὔλησεν*, postea *μετὰ χοροῦ* tibia cecinit[3]), primum ergo ex sermonis consuetudine *πυθαύλης*, postea, cum choreutas habuit choraules nominatus est. Notandum etiam, in omnibus titulis sat integris aut nomina *πυθαύλης* et *χοραύλης* (C I G 1720, 2759, I G S 1773, 2726) aut *πυθικὸς αὐλητής* et *κύκλιος αὐλητής* (C I G 1719, 1720, 2758, I G S 1776) posita esse, qua de causa I G S 4151 [*πυθικῶν αὐλη*]*τῶν* supplendum esse conicio.

Nomen *πυθαύλου* acceperunt a nomo *Πυθικῷ*[4]), qui a Sacada primum Pythiis celeberrimis Graecorum ludis musicis cantatus, etiam postea maxime placebat (cf. Paus. IV 27, 7) maximeque, quod tibicines plerique Pythicam victoriam sectantes huic nomo studuerunt, cantus est. Cuius relatus verbis *τὰ Πύθια*[5]) vel *τὸ Πυθικὸν αὐλεῖν* (Chares ap. Ath. XII 538 f) indicabatur, cum tibicines a. Ch. n. aut *οἱ τὰ Πύθια αὐλοῦντες* — at in nullo victorum indice —, aut nudo nomine *αὐλητής* nominarentur, ex. gr. in omnibus victorum catalogis, etiam Museorum. Atque etiam hellenistica aetate, cum tibicines choris succinentes in victorum eorumve, qui ludorum participes fuere, catalogis nominari coeperunt, [*αὐλητὴς μετὰ χοροῦ* cf. B C H IX 147, *ἄνδρες* (*παῖδες*) *αὐληταί* B C H XX 628, I G S 3196, 3197] ei, qui soli canebant, *αὐληταί* vocati sunt.

Augusti demum imperatoris aetate utriusque tibicinum generis nomina accuratius distincta sunt: *πυθαύλης* primum apud Hyginum l. c. (cf. Senec. ep. 76), *χοραυλεῖν* primum apud Strabonem XVII 796 invenimus. Hoc vero ipsum *πυθαύλου* nomen tibicini eo impositum esse elucet, quod *Πυθικόν* illud

---

2) His quoque ludis (Nemeis) pythaules, qui Pythia cantavera(n)t, septem habuit palliatos, qui voce cantaverunt, unde postea appellatus est choraules.

3) Rarius factum esse videtur, ut idem et solus et *μετὰ χοροῦ* canens vicerit; non idem I G S 3197, 1773, 1776, idem C I G 1719, 1720, I G S I 737.

4) Jan l. c. 81. non quod Pythiis prodierunt (Bulenger d. theatro II 30).

5) Ath. XIV 605 b (Theopomp.), I G S 1735, cf. Liermann, Analecta 123, Hor. de arte poet. 414, Hyg. l. c.

αὔλημα celeberrimus tibicinumque sine choro canentium maxime proprius fuit cantus[6]). *πυθαύλης* igitur, qui p. Ch. n. et *αὐλητής*, qui a. Ch. n. laudatur, idem fuerunt artifices.

12. de *ῥαψῳδοῖς*.

De rhapsodis antiquis vid. Welcker, Ep. Cyclus I² 335 sq. Rhapsodorum certamina inter antiquissima musici generis apud Graecos; ubi vero quandoque primum instituta sint, ignoratur. Antiquis iam temporibus recitaverunt Syracusis (schol. Pind. Nem. 2, 1), Deli in insula, Chalcide (Hom. hymn. I 150 sq., 170 sq. Hesiod. *ἔργ. κ. ἡμ.* 655 sq.), saeculo VI. insuper Sicyone (Herod. V 67), Brauroniis[1]), Panathenaeis[2]), V. Naeis Dodonaeis (I G A 502 Terpsicles), IV. praeterea Asclapieis (Plat. Jon. init.), Amphiaraeis (I G S 414, cf. Ath. XII 538 e, Diod. XV 17, XIV 109), III. Soteriis Delphicis (Wesch.-Fouc. l. c., B C H XX 628), Alexandriae (Ath. XIV 620 d, Plut. symp. probl. IX 736 f); de rhapsodis Deli in insula post a. 286 a. Ch. n. non iam recitantibus cf. Jan l. c 75. Museis certamen eis primo non fuisse videtur[3]). Saeculo I. demum a. Ch. n. omnium fere ludorum — exceptis minoribus (Tamyneis *Ἐφ. ἀρχ.* 1869 l. c.) — eos reperimus participes. Imperatorum denique aetate haec certamina Ptois[4]) Museisque (ad Caracallae certo tempora I G S 1776) habita esse catalogi nos docent; Puteolis Juliani rhetoris temporibus *ἀναγνώστης* quidam voce admodum scita et canora librum ex annalibus Enni septimum legebat in theatro (Gell.

[6]) Poll. IV 78 *ἄχορον αὔλημα τὸ Πυθικόν*.

[1]) Schol. Aristoph. av. 873, cf. Mommsen, Heort. 123, qui ad hoc festum Solonis de recitationis ratione legem (Diog. Laert. I 57) referendam esse putat; Reisch l. c. 10 Brauroniis Solonis aetate certatum esse dubitat.

[2]) cf. Mommsen l. c. 138; (Plat.) Hipparch. 228 c, Lycurg. in Leocr. 102, Aelian. v. hist. VIII 2.

[3]) I G S 1735, B C H XIX 314, 333; artificum societatis *περὶ τὸν Διόνυσον καὶ θεοὺς Ἀδελφοὺς* B C H IV 132 rhapsodus socius non commemoratur, cf. Lebas l. c., Jasos 254 sq.

[4]) I G S 4151; 2726, ubi *ῥαψ|ῳδῶν* potius quam *τραγ|ῳδῶν* supplendum esse concedas inspectis titulis I G S 4151: *ῥα]ψῳδῶν [πυθικῶν αὐλ]ητῶν, κυκ|λίων αὐλητ]ῶν. φιλοκιθ.*, 1773: *ῥαψῳδός. πυθαύλας. κιθαριστάς*, 1776: *ῥαψῳδός* M. Aurel. Eucaerus Tanagraeus: I G S 2726 Aurel. Euca[erus Tanagraeus

n. att. 18, 5, cf. C I A III 1349 saeculo II. p. Ch. n., B C H IX 124). Attamen hac ipsa aetate iam rarius tales carminum recitationes editae sunt; Aphrodisiae rhapsodis praemia exposita non sunt (C I G 2758/9) nec in tabula Cyrenaica talem artificem cognoscimus, nisi forte hominem secundum laeva ianuae parte depictum rhapsodum habeas[5]). Diomedis denique grammatici temporibus (saec. IV. p. Ch. n.) haec certamina abolita fuerunt (de arte grammat. ed. Keil III p. 484).

Cum de loco, ex quo ceteri artifices vel cantaverunt vel recitaverunt perpauca nobis cognita sint, de rhapsodorum loci mutatione saeculo IV. perfecta certiora nobis tradita sunt. Antiquis temporibus rhapsodi aram araeve gradum (ag. Hom. Hes. 305) ingressi sunt, Olympiae, ut iure conicimus IV. etiam saeculo cf. sophistas, praecones, tubicines (Gorgias, Philostr. vit. G., Paus. V 22, 1). Ubinam Athenis ante Periclem carmina pronuntiaverint nescimus; inde a Pericle atque IV. etiam saeculo a. Ch. n. in odeo Pericleo certatum est; nam in Platonis dialogo qui inscribitur Jo rhapsodum tum temporis ex loco superiore auditoribus recitasse legimus (Jo 535 D E), itaque Athenis non in theatro, sed antequam theatrum perfectum erat (Hesych. s. v. ᾠδεῖον), in odeo recitationes habitae sunt. Quibuscum bene quadrant, quae Aristocles memoriae tradidit: Demetrium Phalereum primum Homeristas in theatra induxisse (Ath. XIV 620 c). Imperatorum aetate non nisi in theatris rhapsodos Homerum recitasse apparet e Diomede artis grammat. III p. 484 ed. Keil: „ῥαψῳδία dicta, ... vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis .... pronuntiabant“ cf. Photius lex. s. v. ῥαψῳδοί: οἱ τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐν τοῖς θεάτροις ἀπαγγέλλοντες . . ., Bekker Anecdota Gr. p. 300, 3, schol. Plat. Jon. 530 A, Gellius l. c. Rhapsodorum igitur agon inter primos thymelicus factus est.

Primis temporibus ad saeculum IV. a. Ch. n. ut videtur fortasse nil nisi carmina Homero addicta pronuntiare eis licebat[6]); cum vero Plato Jonem scripsit dialogum, haec lex iam abrogata erat (Jo 531 A, 530 B). Olympiis anno 388 Dionysii tyranni poemata rhapsodi mercennarii recitaverunt (Diod. XIV 109,

---

[5]) Sed eodem iure encomiographus accipiendus est.

[6]) Panathenaeis Ilias sola, cf. Welcker l. c. 389, Nitzsche, indag. interpol. p. 23, 32[31], 53.

XV 9) et Cleomenes quidam nescimus quo tempore Empedoclis καθαρμούς pronuntiavit (Ath. XIV 620 d); Athenis Choerili Perseis σὺν τοῖς Ὁμήρου ἀναγιγνώσκεσθαι ἐψηφίσθη (Suid. s. v. Choeril.). Praeter Homerum, qui semper ceteris omnibus poetis praelatus est[7]) etiam tum, cum nil nisi Ilias et Odyssea ei attributae erant, primum Hesiodi carmina (cf. Empedoclis καθαρμούς, Ath. l. c.), fortasse iam V. a. Ch. n., certe IV. saeculo (Jo 531 A, leg. II 658 D, cf. Ath. XIV 620 d), deinde etiam genus iambicum[8]) et elegiacum[9]) admissum est. Apud Romanos Enni annales maxime recitati esse videntur, cf. Gell. n. att. 18, 5. Rhapsodos carmina poetarum epicorum in catalogis eisdem commemoratorum pronuntiavisse (Boeckh, Staatsh. d. Ath. II[1] 362) incredibile est; poetas enim epicos carmina sua ipsos recitasse tituli I G S 1735, B C H XIX 333 docent.

Rhapsodos singulos non totum carmen epicum, sed partes tantum electas recitavisse apparet[10]). Sed cum hoc modo fieri posset, ut auditores partes tantum carminis alicuius, quin etiam carminum diversorum partes audirent, recitatio ἐξ ὑποβολῆς Solone auctore praescripta est[11]): qui in certamen descenderunt rhapsodi deinceps carmina Homerica (scil. partes) ordine servato pronuntiare debebant. Quae lex etiam IV. saeculo Athenis (Lycurg. in Leocr. 102), fortasse aliis quoque in oppidis in posterumque valuit.

Plerique profecto rhapsodi sicut alii artifices (cf. tab. Cyren.) in orchestra stantes[12]) et ex memoria[13]) recitabant

[7]) Jo 530 B, C I A III 1349; itaque, ex quo alia quoque recitata sunt, nomen proprium Ὁμηρισταί fictum est, cf. Ennianistas apud Romanos.

[8]) Archilochus: Jo 531 A, eius recitator Simonides Zacynthius, Ath. 620 c; Simonidis Amorgini iambos Mnasion quidam pronuntiavit Ath. l. c.

[9]) Mimnermi, Phocylidis, Ath. l. c.; a Platone l. c. non commemoratur, postea igitur fortasse admissum est.

[10]) Ag. Hom. Hes. 275, cf. Odyss. ϑ 500, Jo 530 B.

[11]) Diog. Laert. I 57, (Plat.) Hipparch. 228 c, cf. Boeckh. de ὑποβολῇ Homerica, Kl. Schriften 4, 385 sq. certamen iam Homeri Hesiodique ἐξ ὑποβολῆς commissum est; cf. tit. Chios Teosque, U. de Wilamowitz. hom. Unters. fin.

[12]) Ag. Hom. Hes. 305; Simonides Zacynthius in theatro sedit Ath XIV 620 c, cf. alios pictos artifices sedentes Helbig, Pomp. Wandgem. 10, 18, Compte rendu 1875, 95, Mon. d. Inst. 8, 43[1-2]; 12, 22, Röm. Mitteilg. 3, 9.

[13]) Jo 539 E, Xenoph. Symp. 3, 5, memorab. IV 2, 10; carmina apud antiquos non solum rhapsodi, sed etiam ceteri homines litterati memoriae tradere solebant, Xenoph. symp. l. c., Ath. XIV 620 b.

tum quoque, cum suum quisque Homerum scriptum in manibus tenebat.

Quasi carminum actores[14]) vocis flexibus, vultu gestuque ea, quae pronuntiabant, oculis auditorum subiecerunt cf. Platon. Jon. 535 B *ἐκπλήξῃς τοὺς θεωμένους*, C: *ἐγὼ γάρ, ὅταν ἐλεεινόν τι λέγω, δακρύων ἐμπίμπλανταί μοι οἱ ὀφθαλμοί, ὅταν δὲ φοβερὸν ἢ δεινόν, ὀρθαὶ αἱ τρίχες ἵστανται ὑπὸ φόβου καὶ ἡ καρδιὰ πηδᾷ.* Qua in arte *ὑποκριτικῇ* fines decentiae constitutos saepe eos transisse non miramur (cf. Aristol. d. poet. 1462 b).

De ornatu, quem gesserunt, accuratiora non habemus eis, quae Plato in Jone 530 B, E, 535 D tradidit: *κεκοσμημένος ἐσθῆτι ποικίλῃ καὶ χρυσοῖσι στεφάνοις* cf. 541 B. *ἀναγνώστης* ille Puteolis Enni annales legens tunicam prolixam ultra brachia et usque in primores manus ac prope in digitos gerebat (Gell. l. c.).

De praemiis nil cognitum, cum initium tituli Panathenaeici C I A II 965 a perditum Aphrodisiaeque inter rhapsodos certatum non sit.

13. de *σαλπισταῖς*.

In omnibus victorum catalogis inde a saeculo II. a. Ch. n. incisis primus — exceptis Museis, Tamyneis — laudatur *σαλπιστής* (tubocantius C I L VI 2, 1049), qui ex bellorum (Il. Σ 219, Poll. IV 87) ad ludorum ministerium ascitus signo tuba dando silentium fecit praeconi agonistas evocanti[1]).

Certamen primum quod scimus Olympiae ol. 96 (a. 396 a. Ch. n.) institutum est Timaeo Eleo primo tubicinum Olympionica[2]). Si re vera Olympiis eodem anno et praeconum et tubicinum agon institutus est, praecones certe, cum *κήρυκος ἀγώνισμα σάλπιγγος πρεσβύτερον* diceret Poll. IV 91, tubicines antea iam aliisque ludis certamen iniisse suspicandum; quo tamen festo hoc factum sit plane ignoratur. Sub finem

14) Jo 530 C Hesych. s. v. *ῥαψῳδοί;* ita etiam comoedus Hegesias *ἐν τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὰ Ἡσιόδου*, Hermophantes *τὰ Ὁμήρου ὑπεκρίναντο.*

1) Seneca ep. 78, Poll. l. c. *ἐφ᾽ ἑκάστῃ τῇ κλήσει τῶν ἀγωνιστῶν ἐπιφθέγγεται;* quod IV. fere saec. institutum est cf. de *κήρυξιν.*

2) Euseb. chron. ad ol. 96; ad hoc etiam certamen fortasse Elei soli primum admissi sunt, cf. de *κήρυξιν.* certatum est inter eos in ara Paus. V 22, 1.

saeculi IV. Pythiis[3]), Nemeis Isthmiisque[4]) hoc certamen actum est. Ludis musicis ante saeculum alterum neque praecones neque tubicines certasse videntur, cum in omnibus quarti tertiique saeculi titulis agonisticis desiderentur cf. Ath. XII 538 e, I G S 414 Amphiaraea. B C H XIX 333 Musea, Wesch.-Fouc. l. c. Soteria, B C H VII 116, IX 147 Delia. Inde vero a medio saeculo II. haec certamina omnibus ludis musicis (thymelicis) commissa sunt, sicut omnes et victorum et praemiorum catalogi satis integri testantur: B C H XIX, 336, Journ. of hell. stud. VII 148 saeculo II., I G S 1760, 3195/6/7, 4147, 540, 2448, 416/9, 420, 2727, Ἐφ. ἀρχ. 1869, 347 saeculo I. a. Ch. n., B C H XIX 342/4, I G S 1773/6, 4151, C I G 2758/9 p. Ch. n. vid. pag. 71 sq.

Qua in re certaverint traditum non est, artificiosis profecto clarisque signis et cantibus. Praecipuum erat artificium duarum simul tubarum inflatus (cf. arch. Ztg. 1850 T. 20), exercitatus ex. gr. ab Herodoro Megarensi (Ath. IX 414 f). Hunc vero tam fortiter tubam inflasse, ut prae flatus vi (rectius dixeris propter sonorum magnitudinem) eum appropinquandi facultas non esset et Epitaden ita, ut tubae soni 50 stadiorum spatio audiri possent (Poll. IV 88), *πάντως*, non *ἴσως ἕωλον* habeo.

Tubarum — Tyrrheni eas invenisse feruntur (Poll. IV 85, Ath. V 184 a) — ferrearum (Poll. l. c.) vel aenearum (Poll. l. c., cf. Plut. v. Num. 20, Bergk P L G III 13 p. 1230), ossea lingula instructarum (Poll. l. c.) duae erant formae[5]): *εὐθεῖα*[6]) et *καμπύλη* (Poll. l. c., Baumeister l. c.). Forma tubae *ἀγωνιστηρίου* (Poll. IV 89) ignota est.

De ornatu nil cognitum est[7]); *περιθέτην*[8]) enim profecto tubicina Aglais Megaclis fil. (saec. III. a. Ch. n.) in pompa Alexan-

[3]) cf. Krause, Hell. II² 190, Poll. IV 92.

[4]) Herodorus Krause l. c., C I A III 814 frg. b dubium an certaminis praemia indicarentur.

[5]) De tubis cf. Baumeister, Denkm. 1657, Weiss, Costümkunde II 645, arch. Ztg. 1850, 20.

[6]) cf. Weiss l. c. II 769 (milites), Poll. l. c., Baumeister 325 (*ἱεροσαλπισταί*).

[7]) Pelle ursina vel leonina Herodorus non veste (Jan l. c. 75] usus est, sed in ea dormiisse eum tradunt Poll. l. c., Ath. IX 414 f.

[8]) Ael. var. hist. I 26, Ath. IX 415 a (ex eodem fluxerunt fonte i. e. epigrammate Poseidippi).

drina gessit, ut virum se esse simularet. Crista fortasse tubicinum propria fuit. Ceterum vestitus tubicinum qui huic pompae interfuerunt ad rem vix pertinet.

Praemia ex titulis Aphrodisiensibus solis cognovimus; propositi sunt (totidem praeconibus) C I G 2758 I 150, III et C I G 2759 500 denarii.

14. de *χοραύλαις*.

Verbum *χοραύλου* (etiam *κυκλίου αὐλητοῦ*) in titulis imperatorum demum aevi repertum recentius est quam *κυκλίου αὐλητοῦ*, cf. Jan l. c. p. 81, artifex idem; in titulo enim C I G 1720 (Delphi, p. Ch. n.) T. Aelius Aurelianus Theodotus *κύκλιος αὐλητὴς παράδοξος χοραύλας* vicit, cf. C I G 1719; accedit quod in nullo artificum indice *χοραύλης* et *κύκλιος αὐλητής* una laudantur.

Cyclicorum tibicinum officium studiumque antiquum; tamen mentio eorum in titulis agonisticis non fit ante saeculum IV. a. Ch. n. Primo poetarum mercede ministri — ad Melanippidis aetatem (Plut. mus. 17, 30 b) —, paulatim, ex quo modos antiquos iterum canere coeperunt (Reisch l. c. 29, Luc. Harm. 1) tibicinesque ipsi modos fecerunt, auctoritatem dignitatemque maiorem consecuti sunt. Quam rem in titulis quoque indicatam esse — usque ad annum 300 a. Ch. n. post chorodidascalum, inde ab hoc anno ante eum nominatur — Reisch (l. c. 28) optime monuit. Ita chori tibicinisque ratio saeculo III. a. Ch. n. inversa est. Chorus quasi minister, tibicen magister factus atque in catalogis agonisticis commemoratus est chori mentione apposita: *αὐλητὴς μετὰ χοροῦ* in catalogis participum (Ath. XII 538 f, B C H IX 146, cf. B C H XVIII 85. Delphi, *ᾆσμα μετὰ χοροῦ*), *ἄνδρες*[1]), *παῖδες αὐληταί*[2]) in victorum catalogis, quibus verbis choros significari Wieseler Satyrsp. 46[2], Reisch l. c. 59[1], Jan Zürcher Philol.-Vers. 80[1] iam recte cognoverunt tituloque B C H XX 628 (index victorum Soteriorum Delphicorum optime cum titulo Wesch.-Fouc. l. c. 6 congruens) comprobatur; in titulis enim Wesch.-Fouc. l. c. 3—6 participes enumerantibus artifices qui soli

[1]) i. e. *νεανίσκοι* Polyb. IV 20, 8 (Ath. XIV 626 b).

[2]) I G S 3196, 3197, B C H XX 628, cf. Demosth. Mid. 21, 156. C I G 3039, Plut. v. Alcib. 1.

egerunt *παῖδες* (*ἄνδρες*) *χορευταί* excipiunt; eodem victorum indicis loco *αὐλητὰς παῖδας*, *ἡγεμὼν παῖδας*, *αὐλητὰς ἄνδρας*, *ἡγεμὼν ἄνδρας* legimus. Quae verba ex *αὐλητὰς μετὰ χοροῦ ἀνδρῶν* (*παίδων*) contracta videntur; *ἡγεμόνες* fuerunt cantores: Callon I G S 3196 citharoedus, Tyrannias *Ἐφ. ἀρχ.* 1883, 161 citharoedus, Rhodippus I G S 3197 auloedus, Pythocles (Wesch.-Fouc. 4) auloedus C I G 1212]; *διδάσκαλοι*[3]) praecentores, cf. Reisch l. c. 110.

Novum choraulae verbum Augusti demum temporibus primum invenitur apud Strabonem XVII 796, in titulo B C H XVIII 84 qui saeculo I. a. Ch. n. non antiquior est.

Choraulem tibicinem fuisse, cui choreutae succinebant, inter omnes nunc homines doctos constat, vid. Hyg. fab. 273, tab. Cyrenaicam. Qui chorus aut sorte attributus erat artifici aut ab eo mercede conductus est. Iidem tibicines iam pridem et soli et cum choro certabant, cf. Ath. XII 539 f, Hygin. l. c., I G S 3196 Ergeas tibicen. Pythiis primus et *πυθαύλας* et *χοραύλας* eodem anno vicisse gloriatur Tib. Scandilatinus Zosimus, C I G 1719.

De eis, quae choraulae et quomodo canebant, haud ita multa ad nos pervenerunt testimonia. Poll. IV 78 Euium[4]) nomos cyclios composuisse memoriae tradidit, cf. Polyb IV, 20, 8 *Φιλοξένου καὶ Τιμοθέου*[5]) *νόμους μανθάνοντες* (*Ἀρκάδες*) .... *χορεύουσι* .... *τοῖς Διονυσιακοῖς αὐληταῖς ἐν τοῖς θεάτροις κτλ.* qui nomi cyclii a dithyrambis vix differebant.

Sed *κύκλιος αὐλητής* choro non solum concinebat, sed etiam alicuius partes suscepit ex. gr. disci in dithyrambo ignoto, Aristot. poet. c 26, Scyllae in dithyrambo eiusdem nominis l. c., cf. choraulem in tabula Cyrenaica.

Choreutarum numerus aetate hellenistica aliquanto minutus est. Soteriis Delphicis mox 5 (W.-F. 3), mox 12 (*παῖδες*)

[3]) De *διδασκάλοις αὐλητῶν* cf. Reisch. l. c. 106, Jan l. c. 83.

[4]) Fortasse Chalcidius ille apud Ath. XII 528 f laudatus.

[5]) Timothei dithyramborum poetae celeberrimi fuerunt *Κύκλωψ* (Aristot. d. poet. 1448 a, Ath. IX 405 e), Semele parturiens (Dio Prus. or. 78, 32 ed. Arn., cf. *Ὠδῖς* Ath. VIII 352 a), Aias furens (Luc. Harm. 1), Scylla (Aristot. d. poet. 1454 a, 1461 b, cf. Gomperz, Jahrb. f. class Philol. 133, 771), Elpenor (Ath. Mitteil. 10, 231), Nautilus? (Ath. VIII 338 a), Niobe? (cf. Suet. v. Neron. 10, ubi nom. citharoed.), Artemis? (Anth. lyr. 290); Philoxeni: *Κύκλωψ* (Aristot. d. poet. 1448 a, Ath I 7 a), Comastes (Suid. s. v. Antigenidas.), *Δεῖπνον* (Ath. IV 146 f); incerti poetae: Dionysos B C H XVIII 85.

vel 14 (ἄνδρες, W.-F. 4), mox 15 (W.-F 5/6) nominantur quos 12, 14, 15 duos vel tres formasse choros Mommsen coniecit (Delph. 218), cf. tab. Cyren., Hygin. fab. 273. Qui choreutae vocem ad tibiae cantum contulerunt (Hygin. l. c.); maximum vero totius choraulici ἀκούσματος momentum sine dubio in choraula erat; in tab. quoque Cyrenaica eum solum (cf. etiam χοροκιθ.) canentem videmus.

Choraulae vestitus chiton manicatus[6]) erat ad pedes defluens cingulo lato ornatoque constrictus et picturis coloribusque variis intextus, cf. Mon. d. Inst. IV 43. In tabula Cyrenaica chiton supra cingulum modo ornatus est, quod certe neque casu neque tempestatis vi factum est, sed potius pictoris socordia vel quod tali re vera ornatu tum temporis usi sunt. Chlamyda insuper coronamque hederaceam gesserunt. Qui vestitus ceterum mutatus est, prout choraulae partes postulaverunt; ita Antigenidas, cum Comasten tibia caneret, veste crocea calceisque Milesiis indutus esse dicitur (Suid. s. v. Ant.). Choreutae vestibus simplicioribus amicti fuerunt (palliati Hygin. l. c. cf. tab. Cyren., Mon. d. Inst. IV 43.),

Praemia (ex titulis Aphrodis. cognita) maxima secundum citharoedos inter artifices thymelicos ceperunt[7]), quare iure haec ars pecuniosa lucrosaque habita est (Martial. III 4, 57). C I G 2759 victori 1500 alteri 500, C I G 2758 IV et V 750, I (κυκλίῳ αὐλητῇ) 350 denarii propositi sunt; III victori (κυκλίῳ αὐλητῇ) 1500, alteri 500 fere datos esse conicio, cum praemia choraulae maiora quam pythaulae data videmus C I G 2759, 2758 I.

15. de χοροκιθαρεῦσιν.

Verbum χοροκιθαρέως (apud Romanos chorocitharistes[1]) Suet. v. Dom. 4) sicut choraules imperatorum demum aevo nobis occurrens (C I G 2758 9[2]) artificem significat, qui μετὰ χοροῦ fidibus eius vocem iungentis κιθαρίζει, cf. tab. Cyren.

[6]) Baumeister, Denkm. T. V, manicae dentatae in tab. Cyren.

[7]) Choreutae 1 drachm. acceperunt a. Ch. n., Lebas Jasos III 260.

[1]) Choropsaltriae, quam chorum puellarum sibi adiunxisse probabile, iam altera saeculi II. a. Ch. n. parte mentio fit apud Lebas Jasos III 257 et B C H XVIII 83 Delphi, saec. II. a. Ch. n.

[2]) χοροκιθαρεὺς τραγικός choreutis tragicis (cf. tab. Cyr.) succinuit; cf. αὐλητὴς τραγικός B C H IX 132 Ptolemais saec. II. a. Ch. n.

chorocitharistes sicut choraules magister fuit chori atque, summum *ἀκούσματος* cum in eo positum esset, pretium cepit et inter victores laudatus est. Priorum errorem[3]), plures citharoedos una modulasse iam Liermann, Analecta 123 recte convicit.

Ars *χοροκιθαρίσεως* antiqua quidem est, cf. Lysandrum Sicyonium (Philochor. ap. Ath. XIV 638 a). Primum vero chori minister *κιθαριστής* (cf. tibic.) in titulis non commemoratus est. Paulatim deinde inter chorum fidicinemque rationis mutatione facta eadem, quam apud choraulen vidimus, *κιθαριστής* chori magister in catalogis laudatur *κιθαριστὴς μετὰ χοροῦ* B C H IX 146 saec. II. a. Ch. n. Imperatorum denique aetate novum ei impositum est nomen *χοροκιθαρεύς*, quo totius *ἀκούσματος* chorici princeps significatur.

Quod ad citharam ea, qua chorocitharistes in tabula Cyrenaica canens depictus est, mira est magnitudine[4]), magno cum *ἠχείῳ* ut verbo Graeco utar septemque longis intenta nervis. Stragulum quoque a brachio laevo dependet.

Vestitum in universum paululum a citharistae distulisse credas. Chorocitharistes in tab. Cyren. bracas acu pictas ad ipsa genua pertinentes gessit — crura veste stricta induta sunt — atque chitonem supra cingulum ornatum (cf. *χοραύλην*), cuius manicae ad cubitum pertinent, ad media femina resupinavit, ne pedes impediti sint. Quam denique vestem magno ligavit nodo chlamys[5]) esse videtur.

De *κιθαρίσμασι μετὰ χοροῦ* certatim cantatis certiora desiderantur.

Choreutarum numerus sine dubio idem qui choraulae. Septem pictor tab. Cyrenaicae chorocitharistae appinxit. Idem etiam vestitus eis est atque choreutis choraulicis.

Praemia Lysimacheis Aphrodisiae celebratis exposita ea, quae choraules cepit, aequant: victori 1500, alteri 500 denarii C I G 2759; minora (500 den.) proposita sunt C I G 2758.

[3]) Turneb. advers. 20 c, 16 et Burmann ad Suet. v. Dom. 4 ed. Casaubon.

[4]) cf. Jan l. c. p. 85.

[5]) Jan l. c.: chiton.

Index titulorum saepissime laudatorum.

I

CIA II 965 a Dittenberger, Syll. 395, Panathenaea, saec. IV. a. Ch. n. . . . . [*πρώτῳ*] *σ*[*τέφανος*, | . . . . *δευτ*]*έρῳ*, | . . . . [*τ*]*ρίτῳ. κιθαρῳδοῖς πρώτῳ στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς* 𐅅 *ἀργυρίου*, | [*Χ*]*ΗΗ δευτέρῳ*, | [𐅄]*Η τρίτῳ*, | [*ΗΗ*]*ΗΗ τετάρτῳ*, | *ΗΗΗ πέμπτῳ*, | *ἀνδράσιν αὐλῳδοῖς* | *ΗΗΗ πρώτῳ τούτ*[*ου στ*]*έφανος*, *Η δευτέρῳ. ἀνδράσι κιθαρισταῖς* 𐅄 *πρώτῳ τούτου στέφανος ΗΗΗ*. [. . . *ΗΗ*] *δευτέρῳ. Η τρίτῳ, αὐληταῖς* [. . . *Η*] *πρώτῳ τούτου στέφανος*, | . . . . *δευτέρῳ*, | . . . . . .

II

I G S I 414, Amphiaraea Oropi inter a. 366 et 338 a. Chr. celebrata.

[*Οἵδε ἐνίκων Ἀμφιαράϊα τ*]*ὰ μεγάλα* . . . .*ς Πάμφιλος Ἀθην*[*αῖος*]. . . . . *Λύσανδρος Θηβαῖ*[*ος. ῥαψ*]*ῳδὸς* . . . .*στρατος Σικυώνι*[*ος*]. *ἀν*[*ὴρ κι*]*θαριστὴς* . . . . . .*ος Θετταλός. ἀνὴρ αὐλῳδὸ*[*ς Ν*]*αρίας Ἀθη*[*να*]*ῖος. αὐλητὴς Κλείταρχος Ἀθ*[*η*]*ναῖος. κιθαρῳδὸς Κλεόνικος Ἀθηναῖος. σοφιστὴς Πανσίμαχος Ἀθηναῖος* : sequuntur victores gymnici.

III

I G S I 416, Amphiaraea, saec. I. a. Ch. n. acta.

[*Ἄρχοντος ἐν Ὠρωπῷ* . . . . . *ἱερέως*] *δὲ τοῦ Ἀμφιαράου* | *Ἀλεξιδήμου τοῦ* [*Θεοδώρου*] | *ἀγωνοθετοῦντος τὰ Ἀμφιάραα καὶ Ῥωμαῖα Ἀλεξιδήμου τοῦ Δημοφῶντος·* | [*σαλπιστὴς*] . . . .*αιος*, [*κῆρυξ Γλαυκίας Σωσάνδρου Θηβ*]*αῖος*. [*ἐγκωμίῳ λογικῷ*] . . . .*ου Ἀσπ*[*ένδιος*]. *ἐγκωμίῳ ἐπικῷ* [*Δ*]*ημοκλῆς Ἀμινίου Θηβαῖος. ῥαψῳδὸς Ἀρτέμων Ἰσιδότου Ἀθηναῖος. ἐπῶν ποιητὴς Ἀγαθοκλῆς Θεοδοσίου Νεαπολίτης*, | *αὐλητὴς* | *Ἀμινίας Χαιρήμονος Ἐχιναῖος*, | *κιθα-*

ριστὴς | Σωσιμένης Ἡγησιμάχου Σκαρφεύς, | κιθαρῳδὸς | Εὔβιος Εὐβίου Ἀθηναῖος, ποιητὴς σατύρων Ἡρακλείδης Ἡρακλείδου Ἀθηναῖος, | τραγῳδὸς | Ἐπίνικος Ἀλεξάνδρου Ἀθηναῖος, | κωμῳδὸς | Ἴσαιος Φρυνίδου Ταναγραῖος, ποιητὴς τραγῳδίας Ἑρμοκράτης Ἀλεξάνδρου Μιλήσιος, ὑποκριτὴς Ναρίας | Ναρίου Ἀθηναῖος, | ποιητὴς κωμῳδίας | Ἀρίστων Ποσέους Ἀθηναῖος, | ὑποκριτὴς Στράτων | Ἰσιδότου Ἀθηναῖος, | ἐπινίκιον | Ἐπίνικος Ἀλεξάνδρου Ἀθηναῖος |; sequuntur victores gymnici.

IV

I G S I 420, Amphiaraea, saec. I. a. Ch. n.

Ἄρχοντος Φιλοπίδου, ἱερέως δὲ τοῦ Ἀμφιαράου Ἑρμαιώνδου, ἀγωνοθετοῦντος τὰ Ἀμφιάραα καὶ Ῥωμαῖα Εὐβιότου τοῦ Δημογένους οἵδε ἐνίκων· σαλπικτὴς Νικάνωρ Διονυσίου Ταρσεύς, | κῆρυξ | Ὧρος Ὥρου Χαλκιδεύς, | ἐγκώμιον καταλογάδην | Δημογένης Εὐβιότου Ὠρώπιος, ἐγκώμιον ἐπικὸν Κράτερος Ἀν[τι]πάτρου Ἀμφιπολίτης, | ῥαψῳδὸς | Θεοφάνης Σωκράτου Θηβαῖος, ποιητὴς ἐπῶν Ἀπολλώνιος Ἀγνάρχου τοῦ Βοήθου Μαλλώτης, αὐλητὴς Διονύσιχος Εὐκλέους Θηβαῖος, κιθαριστὴς Ζεῦξις Δημητρίου Τραλλιανός, κιθαρῳδὸς Ἡρακλείδης Ἀντιπάτρου Ταρσεύς, | ποιητὴς σατύρων Φιλοξενίδης Φιλίππου Ὠρώπιος, | τραγῳδίας παλαιᾶς ὑποκριτὴς Φιλοκράτης Θεοφάντου Θηβαῖος, κωμῳδίας παλαιᾶς ὑποκριτὴς Ζώϊλος Ζωΐλου Συρακόσιος, τραγῳδίας καινῆς ποιητὴς | Πρώταρχος Ἀντιμένους Θηβαῖος, ὑποκριτὴς | Φιλοκράτης Θεοφάντου Θηβαῖος, κωμῳδίας καινῆς ποιητὴς | Λύννης Διογειτώνδου Θηβαῖος, | ὑποκριτὴς | Πολύξενος Ἀνδρύτα Ὀπούντιος, | . . . .

V

I G S I 3195, Charitesia Orchomeni saec. I. a. Ch. n. celebrata.

Μνάσωνο(ς) ἄρχοντος, ἀγωνοθετιόντος τῶν Χαριτεισίων Εὐάριος τῶ Πάντωνος, τίδε | ἐνίκωσαν τὰ Χαριτείσια· | σαλπιγκτὰς Φιλῖνος Φιλίνω Ἀθανεῖος, κάρουξ Εἰρώδας Σωκράτιος Θειβεῖος, ποιειτὰς Μήστωρ Μήστορος Φωκαεύς, ῥαψαϝυδὸς Κράτων Κλίωνος Θειβεῖος, | αὐλειτὰς | Περιγένεις Ἡρακλίδαο

Κουζικηνός, αὐλαϝυδὸς | Δαμήνετος Γλαύκω Ἀργῖος, | κιθαριστὰς Ἀγέλοχος Ἀσκλαπιογένιος Αἰολεὺς ἀπὸ Μουρίνας, κιθαραϝυδὸς Δαμάτριος Ἁμαλωΐω Αἰολεὺς ἀπὸ Μουρίνας, | τραγαϝυδὸς Ἀσκλαπιόδωρος Πουθέαω Ταραντῖνος, | κωμαϝυδὸς | Νικόστρατος Φιλοστράτω Θειβεῖος, | τὰ ἐπινίκια κωμαϝυδὸς | Εὔαρχος Εἱροδότω Κορωνεύς.

VI

I G S I 3197, Charitesia et Homoloa Orchomeni saec. I. a. Ch. n. celebrata.

Οἵδε ἐνίκων τὸν ἀγῶνα τῶν Χαρι|τησίων· σαλπιστὴς Μῆνις Ἀπολλωνίου Ἀντιοχεὺς | ἀπὸ Μαιάνδρου, | κῆρυξ | Ζώϊλος Ζωΐλου Πάφιος, | ῥαψῳδὸς | Νουμήνιος Νουμηνίου Ἀθηναῖος, | ποιητὴς ἐπῶν | Ἀμινίας Δημοκλέους Θηβαῖος, | αὐλητὴς | Ἀπολλόδοτος Ἀπολλοδότου Κρὴς Ἄ[ξ]ιος, | αὐλῳδὸς | Ῥόδιππος Ῥοδίππου Ἀργεῖος, | κιθαριστὴς | Φανίας Ἀπολλοδώρου τοῦ Φανίου Αἰολεὺς ἀπὸ Κύμης, | κιθαρῳδὸς | Δημήτριος Παρμενίσκου Καλχηδόνιος, | τραγῳδὸς | Ἱπποκράτης Ἀριστομένους Ῥόδιος, | κωμῳδὸς | Καλλίστρατος Ἐξακέστου Θηβαῖος, | ποιητὴς σατύρων | Ἀμινίας Δημοκλέους Θηβαῖος, ὑποκριτὴς | Δωρόθεος Δωροθέου Ταραντῖνος, | ποιητὴς τραγῳδιῶν | Σοφοκλῆς Σοφοκλέους Ἀθηναῖος, | ὑποκριτὴς Καβίριχος Θεοδώρου Θηβαῖος, | ποιητὴς κωμῳδιῶν | Ἀλέξανδρος Ἀριστίωνος Ἀθηναῖος, | ὑποκριτὴς | Ἄτταλος Ἀττάλου Ἀθηναῖος.

Οἵδε ἐνίκων | τὸν νεμητὸν ἀγῶνα τῶν Ὁμολωΐων· | παῖδας αὐλητὰς Διοκλῆς Καλλιμήλου Θηβαῖος, | παῖδας ἡγεμόνας | Στρατῖνος Εὐνίκου Θηβαῖος, | ἄνδρας αὐλητὰς | Διοκλῆς Καλλιμήλου Θηβαῖος, | ἄνδρας ἡγεμόνας | Ῥόδιππος Ῥοδίππου Ἀργεῖος, | τραγῳδὸς | Ἱπποκράτης Ἀριστομένους Ῥόδιος, | κωμῳδὸς | Καλλίστρατος Ἐξακέστου Θηβαῖος, | τὰ ἐπινίκια | κωμῳδιῶν ποιητὴς | Ἀλέξανδρος Ἀριστίωνος Ἀθηναῖος.

VII

I G S I 2727, Soteria Acraephiae saec. I. a. Ch. n. acta.

a) *Ἀντίου ἄρχοντος, ἀγ[ω]νοθετοῦν[τος] | Ποπλίου Κορνηλίου τοῦ Ποπλίου υἱοῦ [Ῥω]μαίου τῶν τριετήρων Σωτηρίων*

πρῶ[τον] | ἀπὸ τοῦ πολέμου, ἱερατεύοντος δὲ τ[οῦ Δι]ὸς τοῦ Σωτῆρος Θεομνήστου τοῦ Παραμόνου οἵδε ἐνείκων· σαλπιστὴς | Ὀνήσιμος Δέξωνος Κορωνεύς, | κῆρυξ | Φιλοκλῆς Νεοκλέους Θηβαῖος, | ἐγκωμίῳ λογικῷ | Πολύξενος Καφισοτίμου Ἀκραιφιεύς, | ἐπῶν ποιητὴς | Πρωτογένης Πρωτάρχου Θεσπιεύς, | ῥαψῳδός | . . . . . .

b) *. . . . . . Σ]ωσιμένης Σωσικ . . . . . ., | κιθαριστὴς | Ἱεροκλῆς Σωκλέους Ὀπούν[τιος], | κιθαρῳ[δῶν ἱ]ερός, | π[οιη]τὴ[ς σατύ]ρων | Γόργιππος Πυ[θίππ]ου Χαλκιδεύς, | τραγῳδὸς | Κλέων Κράτωνος Θηβαῖος, | κωμῳδῶν ἱερός, | ποιητὴς τραγῳδιῶν | Διογένης Θεοδότου Θηβαῖος, | ποιητὴς κωμῳδιῶν | Πρώταρχος Πρωτογένους Θεσπιεύς, | τὸν ἐπινίκιον | Πρώταρχος Πρωτογένους Θεσπιεύς.* sequuntur victores gymnici.

VIII

I G S I 4147, Ptoa Acraephiae saec. I. a. Ch. n. celebrata.

Αἰσχριώνδου τοῦ [Π]ρ[α]ξίλλους ἀγωνοθετοῦντος | τῶν πενταετήρων Πτωΐων, ἐπὶ ἱερέως τοῦ Ἀπόλλωνος Καφισίωνος τοῦ Καφισίωνος, προφητεύοντος | Νικομάχου τοῦ Θεομνήστου | οἵδε ἐνίκων· | σαλπιστὴς | Θεογένης Θεογένους Ἐφέσιος, | κῆρυξ | Πόπλιος Ἀτάνιος Ποπλίου Σικυώνιος, | ῥαψῳδὸς | Ἀγάθων Δαμᾶ Θεσπιεύς, | ἐπῶν ποιητὴς | Χρύσιππος Ἀρίστωνος Ἀκραιφιεύς, | αὐλητὴς | Γάιος Ἰούλιος Γαΐου Θεσπιεύς, | κιθαριστὴς | Σωσικλῆς Χαρικλέους Θεσπιεύς, | κιθαρῳδὸς | Ἀπολλώνιος Σίλωνος Ἀθηναῖος.

IX

I G S I 4151, Ptoa Acraeph. c. saec. II. p. Ch. n.

. . . . | σαλπικ[τ]ῶν | Μ(άρκος) Ἰουάνιος Μαρκιανὸς Ἀργεῖος, | κηρύκων | Κορ(νήλιος) Εὔκαρπος Ἀργεῖος, | [ῥα]ψῳδῶν | Κορ(νήλιος) Εὔ[καρπ]ο[ς] Ἀργεῖος, | [αὐλ]ητῶν | Τέλλιο[ς . . . .]αμας | Π . . . . . ., | κυκ[λίων αὐλητ]ῶν | Λ(ούκιος) Οὐεν[τίδιος Εὐφρ]όσυνος | Μαντινεύς. | ὁ αὐτὸς καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ ψειλοῦ κιθαριστοῦ ἀγῶνα πληρώσας τὸ θέμα . . . .

X

I G S I 540, S a r a p i e a Tanagrae saec. I. a. Ch. n. peracta.

[Γλ]αύκου τοῦ Βουκάττου οἵδε ἐνίκων τὸν ἀγῶνα τ[ῶν] Σαραπιείων· σ α λ π ι κ τ ὴ ς Ἄντανδρος Ἐρξιδάμου Αἰγιράτη[ς], [κ]ῆ ρ υ ξ Πραξιτέλης Θεογένου Ἀθηναῖος, ῥ α ψ ῳ δ ὸ ς Βουκάττης Γλαύκου Ταναγραῖος, π ο ι η τ ὴ ς Ἀθανίας Φρύνωνος Ταναγραῖος, α ὐ λ η τ ὴ ς Ἀρτέμων Μίρωνος Θηβαῖος, α ὐ λ ῳ δ ὸ ς Παρμενίων Παρμενίωνος Ἀθηναῖος, κ ι θ α ρ ι σ τ ὴ ς Φίλων Φίλωνος Ταραντῖνος, [κ]ι θ α ρ ῳ δ ὸ ς Τιμοκλῆς Ἡροδότου Αἰολεὺς ἀπὸ Κύμης, [σ]α τ ύ ρ ω ν π ο ι η τ ὴ ς Ἀλέξανδρος Γλαύκου Ταναγραῖος, | τ ρ α γ ῳ δ ι ῶ ν π ο ι η τ ὴ ς Ἀσκληπιάδης Ἱκεσίου Θηβαῖος, | [ὑ π ο κ ρ ι τ ὴ ς] Διογένης Ἀντιγόνου Θηβαῖος, [κ ω μ ῳ δ ι ῶ ν π ο ι η τ ὴ]ς Ποσῆς Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος, [ὑ π ο κ ρ ι τ ὴ ς . . . .]ος Δημητρίου Ἀθηναῖος, | . . . . . .

XI

I G S I 2448, A g r i o n i a? Thebis c. annum 100 a. Ch. n. celebrata.

. . . σ α λ π ι κ τ ὴ ς Ἀσκληπιάδης Θεοφράστου Αἰγινήτης, κ ῆ ρ υ ξ Δείμναστος Ε[ὐφ]ραίου Θηβαῖος, ῥ α ψ [ῳ δ] ὸ ς Δείμναστος Ε[ὐφ]ραίου Θηβαῖος, ἐ π ῶ [ν π ο ι η τ] ὴ ς Δημοκλῆς [Ἀμυνί]ου Θηβαῖος, α [ὐ λ η τ ὴ ς] Τιμοκράτ[ης . . . ω]νος Θη[βαῖος], [α ὐ λ ῳ δ ὸ ς] [Φ]ίλι[π]πος . . . . . .*

* *Ἀμινίου* coniecit Reisch, d. cert. Graec. mus. 127. XI.

XII

Ἐφ. ἀρχ. 1869 p. 347 n. 412, T a m y n e a Tamynis in Euboea celebrata saec. I. a. Ch. n.

Πολ]εμάρχου Εὐθυππίδου, ἀγωνοθέτο[υ | τῶν] Ταμυνείων Βουλάρχου τοῦ Χαρίδα, | [οἵδ]ε ἐνίκων· ἐ γ κ ώ μ ι ο ν ε ἰ ς τ ὸ ν Ἀ π ό λ λ[ω ν α . . . .] ημος Κραταιμένου Ἐρετριεύς, σ α λ π ι σ τ ὰ ς [Ἀριστῶν]αξ Ἀριστώνακτος Πάφιος ἀπὸ Κύπρο[υ], κ ή ρ υ κ α ς . . . . . είτωρ Φιλο[ξ]ένου Ἐρετριεύς, α ὐ λ η τ ὰ ς | [Διονύ]σιχος Ἐπικλέους Θηβαῖος, κ ι θ α ρ ι σ τ ὰ ς [Ἡγέλοχ]ος Ἀσκληπιογένου Αἰολεὺς ἀπὸ Μυρίν[ης, | [μουσικῶ?]ν κ ο ι ν ὴ ν Ἡγέλοχος Ἀσκληπιογέ[[νου Α]ἰολεὺς ἀπὸ Μυρίνης; sequuntur victores gymnici.

XIII

CIG 2758, titulus A p h r o d i s i e n s i s imperatorum Romanorum aetate incisus.

[Ἀγῶνος . . . . πενταετηρικοῦ? μου]σικοῦ τῶν ἀπὸ τῆς συνόδου θέ[ματα τὰ] | ὑπογεγραμμένα·

A I

σαλπικτῇ	δην ρν
κήρυκ[ι]	δην ρν
ἐγκωμιογράφῳ	δην σ
ποιητῇ	δην σ
παιδὶ κιθαρῳδῷ	δην ρν
[π]υθικῷ αὐλητῇ	δην σ
[κ]ωμῳδῷ	δην υ
[τραγ]ῳδῷ	δην ϙ
[κυκλ]ίῳ αὐλητῇ	δην τν

II

ἀνδρὶ κιθαρῳδῷ	δην φ̄
διὰ πάντων	δην σ̄

B

. . . .	. . .
ἀνδρὶ κιθαρῳδῷ	δην ,γσν
δευτερείου	δην ,α
ποιητῇ Ῥωμαϊκῷ	. . .
ποιητῇ	. . .
διὰ πάντων	δην ,α
γραμματεῖ	δην φν
πανηγυριάρχῃ	δην ,α
βήλων καὶ τῶν διὰ θεάτρου	δην ,α

E I

σαλπικτῇ	δην ϙ
κήρυκ[ι]	δην ϙ
πυθικῷ αὐλητῇ	δην ,αν
δευτερείου	δην ν
κυκλίῳ αὐλητῇ	δην [ϙ?]
δευτερείου	δην ρ
κωμῳδῷ	δην ,αχ
δευτερείου	δην ϙ
τριτείου	δην ι
τραγῳδῷ	δην ,βυ
δευτερείου	δην ω
τριτείου	δην χ

F et G II

χοροκιθαρεῖ	δην ϙ
χοραύλῃ	δην υν
κιθαρῳδῷ	δην ,αϙ
δευτερείου	δην ν
πυρρίχῃ	δην ϙ
σατύρῳ	δην ρν
διὰ πάντων	δην ϙ

XIV

CIG 2759, titulus Aphrodisiensis eiusdem aetatis.

Ἀγῶνος ταλαντιαίου Φλαβίου Λυσιμάχου πενταετηρικοῦ μουσικοῦ [τῶν ἀπὸ τῆς συν]όδου θέματα τὰ ὑπογεγραμμένα·

I		II	
σαλπικτῇ	δην φ	χοραύλῃ	δην ‚α φ
κήρυκι	δην φ	δευτερείου	δην φ
ἐγκωμιογράφ[ῳ	δην] ψν	χοροκιθαρεῖ τραγικ[ῷ	δην] ‚α φ
ποιητῇ	δην ψν	χοροκιθαρεῖ	[δην] ‚α φ
πυθαύλῃ	δην ‚α	δευτερείου	[δην] φ
ψειλοκιθαρεῖ	[δην] ‚α	κωμῳδῷ	δην ‚α φ
δευτερείου	δην [ψ]ν?	δευτερε[ί]ο[υ	δην φ?]
π[α]ιδὶ κιθαρ[ῳδῷ	δην] ψν	τριτείου	δην τ
δευτερείου	[δην] σν	τραγῳδῷ	[δην ‚αφ?]
[ἀνδρὶ κιθαρῳδῷ	. . .]	δευτερείου	[δην φ?]
δευτερεί[ου	. . .]	τριτείου	δην [τ?]

III

κ[α]ιν[ῇ] κωμῳδῶν	δην σ
κ[α]ιν[ῇ] τραγῳδῶν	δην σ[ν]
καιν[ῇ] κωμῳδίᾳ	δην φ
ἀρχ[αί]ᾳ κωμῳδίᾳ	δην φ
δευτερείου	[δην] ρν
κ[αι]ν[ῇ] τρά[γῳδίᾳ]	δην ψν
δευτερείου	[δην] τν

Titulos denique Museorum Thespiensium ordine artificum numeris continuis notato hanc in tabulam referre praeponimus, quae optime quo modo ludi thymelici increverint decreverintque demonstret.

		θυμελικοί													σκηνικοί										
		ποιητὴς προσοδίου	σαλπιστής	κῆρυξ	ἐγκώμιον εἰς τ. αὐτοκράτ.	ἐγκώμιον εἰς Μούσας	ποιητὴς (ποίημα) εἰς τ. αὐτοκράτ.	ποιητὴς (ποίημα) εἰς Μούσας	ἐπῶν ποιητής	ῥαψῳδός	αὐλητής (πυθαύλης p. Ch.)	αὐλῳδός	κιθαριστής (πυθ. κιθ., ψιλοκ. p. Ch.)	κιθαρῳδός	σατύρων ποιητής	ὑποκριτὴς παλ. τραγ., τραγῳδός	ὑποκριτ. παλ. κωμ., κωμῳδός	ποιητὴς καινῆς τραγῳδίας	ὑποκριτής	ποιητὴς καινῆς κωμῳδίας	ὑποκριτής	χοραύλης (κύκλιος αὐλητ.)	χορὸς πολειτικός	νεαρῳδός	ἐπινίκιον, διὰ πάντων
BCH XIX 333	s. III. a. Ch. n.								1		2	3	4	5											
IGS I 1762	„ III. vel II. „								4	5	6	7	8	9											10
BCH XIX 336	„ II. a. Ch. n.	1	2	3					4																
BCH XIX 337	„																		14	15	16				
IGS 1760	„ I. „	1	2	3					4	5	6	7	8	9	10	11	12								
IGS 1761	„																	13	14	15	16				17
IGS 1773	„ II. p. Ch. n.	1	3	2	4	5	6	7		8	9		10			12	11	15	16	13	14	17		18	19
BCH XIX 344	„	1	2	3	4	5	6	7			10		8			9		11	12	13					
IGS 1776	„ III. p. Ch. n.		1	2						3	4		5			7	8					6	9		10